dum reputantur magis dilectę fęminę propriorum filiorum quàm illę ulteriorum deſcendentium, in quas dilectio, quę à proximioribus incipit, progreditur *leg. Tutor*, cum
54 ibi notatis per Gloſſ. *ff. de fidejuſſ. & leg. ſi id quod, ff. de donationibus*, Ruſticus *ad l. cum Avus, ff. de condit. & demonſtrat. l. 3. c. 1. n.* 114. Venturin. *conſil.* 25. *n.* 137. Gratian. *diſcept.* 749. *n.* 16. vel quatenùs reiiciantur à ſucceſſione ob vim fundamentorum, quæ expendit, ac ſequitur Dominus Auditor Pacionus, ceſſabit inveriſimilitudo, quæ cedere debet veritati, ac voluntati Teſtatoris illas excludentis, de Luca *de credit. diſc.* 38. *n.* 4. Conciol. *de hæred. art.* 3. *n.* 20. & 21. Rota coram Priolo.

Neque hìc quærendum eſt, quid teſtator prudenti diſpoſitione facere debuiſſet, ſed quid fecerit, nempè an
55 prædictas fœminas deſcendentes per maſculos vocaverit, necne, ut admonet Perez de Lara *de Anniverſ. & Cappellan. l. 1. cap. 14. n. 15. verſ. Quod enim*, Cancer. *variar. lib. 1. cap. 1. nu.* 172. & aliis relatis Adden *ad dec.* 320. *n.* 77. *part.* 9. *rec.* & conſequenter iſta argumenta ſumpta de noſtro capite nihil urgent, ſed ſolùm, quæ deducuntur à verbis Teſtamenti, attendi debent, Soccin. Jun. *conſ.* 29. *n.* 2. *verſ. Dummodo tamen, & nu.* 10. *verſ. Et dicere quod l.* 4. Corn. *conſ.* 61. *n.* 2. *in princ. lib.* 21 Pariſ. *conſ.* 41. *n.* 23. *lib.* 3. Decian. *c.* 44. *n.* 11. *lib.* 3. Rota *dec.* 158. *n.* 5. *p.* 5. *rec.*

Imò generalitates, & veriſimilitudines deſerviunt quidem in dubio, & ubi agitur de interpretanda ambigua vo-
57 luntate, non autem ubi iſta eſt clara (prout in hoc caſu) in quo Teſtator vix poterat apertiùs ſe explicare pro excluſione fœminarum ex nepotibus, & ulterioribus deſcendentibus, ſaltem in concurſu fęminarum ex filiis primi gradus Teſtatoris, quoniam non eſſet interpretari, ſed deſtruere, ſeu de novo diſponere contra id, quod Teſtator dixit, Cyriac. *controv.* 281. *num.* 34. & in propoſito benè ratiocinatur Card. de Luca *de fideicom. diſc.* 28. *n.* 13. & meliùs *diſc.* 30. *n.* 5. & 6. ubi monet, quòd judices, & advocati interpretantur, ſed non faciunt de novo Teſtamentum defunctorum, quòdque inquirere non debent, cur defunctus ita diſpoſuerit, ſed ſolùm quid voluerit, & conſonat Fontanell *dec.* 37. *nu.* 18. *tom.* 1. ubi quòd voluntas diſponens non
58 eſt conſideranda, prout parti videtur eſſe debuiſſe, ſed prout fuit, & amplexa eſt Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Amorinis, *dec.* 52. *num.* 5. & 9. impreſſ. poſt collect. Bonden.

Altera reſponſio eſt, quòd hoc argumentum, Teſtator
59 vocavit fęminas fœminarum, ergo cenſeri debet voluiſſe vocare etiam fęminas maſculorum, tantùm abeſt, quòd adverſetur, quòd imò potiùs retorquetur, quia ſi eodem modo vocare voluiſſet fœminas maſculorum, eodem modo expreſſiſſet, & dum non expreſſit, noluiſſe dicendum eſt, ex deductis in quinta coniectura favorabili. *§. Non minoris ponderis eſt*, quibus addo Beltramin. ad Gregor. *dec.* 301 *nu.* 18. & Rota *in rec. p.* 5. *dec* 259. *num.* 7. & *p.* 18. *dec.* 638. *nu.* 8. & in Carpentorat. hæreditatis, ſeu fideicommiſſi 14. Martii 1687. coram R.P.D. Molines, *§. Confirmat.*

Tertiò reſpondetur contra quamcumque inveriſimilitu-
60 dinem prædilectionis fęminarum deſcendentium à filiabus fęminis deſcendentibus per maſculos eorumdem filiorum, ex quo videmus, eas apertè, & clarè prædilexiſſe etiam filiabus propriis, dum iſtas vocavit tantùm illis deficientibus; ideòque nil mirum eſt, quòd eas prædilexerit aliis fęminis remotioribus, nec opus eſt magna ratione, quia multa movere potuerunt teſtatorem, quæ nos latent,
61 ut monent Corn. *conſ.* 272. *n.* 5. *poſt medium, verſic. Eo maximè quia lib.* 4. Mantic. *de conject. l.* 3 *tit.* 19. *n.* 5. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 22. *in princ. verſ. Multa enim.*

His poſitis non obſtant nonnullæ auctoritates Doctorum, qui ex hac expreſſione deſcendentium, & fęminarum, facta in parte conditionali, vocationem neptum ſub nomine fęminarum deducunt, quia omnes loquuntur in diverſis terminis, & quando concurrant aliæ validiores coniecturæ, & præ cæteris non adverſatur Palma Nep. *al-*
62 *legat.* 93. *n.* 23. quia ultra reſponſiones ſuperiùs datas in *§. Minus etiam obſtat*, concurrit in illius caſu, quòd poſitæ non fuerant in parte conditionali eædem dumtaxat perſonæ quæ in præcedenti diſpoſitiva vocatæ fuerant, ſed linea maſculina, & fęminina Lælii, quę magis latè patet, quàm nomen, deſcendentes, & apta comprehendere neptes, & quaſcumque fęminas deſcendentes, ut in durioribus terminis lineę maſculinę, Giovagnon. *conſ.* 7. *n.* 2. *lib.* 1. Venturin. *conſil.* 25. *n.* 3. Mantic. *de coniect. ultim. volunt. lib.* 22. *tit.* 15. *num.* 16. Mart. Med. *dec.* 1. *num.* 32. Rot. *deciſ.* 118. *num.* 19. & 20. *par.* 17. *recent.*

Non obſtat pariter alia conjectura, quæ eruitur ex conditione appoſita, tam poſt vocationem lineæ filiarum ex filiis primi gradus, quàm poſt vocationem lineę propriarum filiarum Teſtatoris, ibi: *Et caſu, quo dicti ejus filii, & fi-* 64
liæ & alii deſcendentes maſculi, & fæminæ in infinitum, ut ſupra, decederent ſine filiis, vel filiabus, vel aliis deſcendentibus maſculis, vel fæminis, ut ſupra, &c. dicendo, quòd in tali conditione ſunt litteraliter poſitæ filiæ, & deſcendentes fęminæ, non ſolùm filiorum, ſed etiam deſcendentium maſculorum, quòdque proinde reſultat conjectura, quòd eaſdem fœminas deſcendentium maſculorum Teſtator vocare ſenſerit ſub verbo illo, *filiarum.*

Quoniam recurrit ſemper fatalis reſponſio, quæ etiam 65
communis eſt aliis conjecturis, nimirùm, quòd conditio prædicta, quæ prætenditur comprehendere ſub verbo, *deſcendentis*, etiam fœminas ex maſculis, quatenùs ſubſiſteret, eſſet operativa in ſuis reſpectivè caſibus, in quibus eſt adjecta, videlicet, deficientibus filiis etiam fęminis filiarum ex primis hæredibus, quo caſu intrat diſputatio, an etiam neptes eſſent poſitæ in conditione, & conſequenter vocatæ ad excluſionem vel ſororum Teſtatoris, vel proximioris familiæ de Pittis: qui non eſt caſus præſentis controverſiæ: numquam verò adaptari poteſt ad excludendas filias non ſubſtitutas in caſu dictæ conditionis, ſed præcedenter in primo ordine ſubſtitutionum, & independenter à prædicta conditione vocatas, adeòque non valet de uno caſu ad alium illatio, vulgata *l. Papinianus, ff. de minoribus.*

Sed ulteriori reſponſione non prætermiſſa removetur quælibet difficultas, ex quo fœminæ iſtæ maſculorum, de quibus fit mentio in conditione, non debent intelligi de il-
lis maſculorum ex maſculis, quæ non ſunt vocatæ, ſed ſo- 66
lùm de illis poſitis in vocatione, nempè de filiabus filiorum, ac aliis natis à filiis, ſeu deſcendentibus maſculis dictarum filiarum, ſive filiorum, quia illæ perſonæ cenſentur in conditione poſitæ, quæ antecendenter vocatæ extiterunt, ad Text. *in l. qui filiabus, ff. de leg.* 1. Gabriel. *conſil.* 69. *nu.* 5. *l.* 2. Surd. *conſ.* 564. *nu.* 7. *verſ. Et ibi*, Rota *dec* 76. *nu.* 10. & *ſeqq. part.* 13. *recent.* & *in eadem part.* 13. *deciſ.* 378. *numer.* 23. & *ſeq.* & *part.* 14. *deciſ.* 489. *num.* 14. Quæ duæ poſteriores loquuntur in noſtris, imò & in fortioribus terminis conjecturæ deductæ ex poſitione in conditione lineæ tam maſculorum, quàm fœminarum filii Teſtatoris, cum quibus conſonat Caſtald. *conſultat.* 123. *nu.* 6. & *conſult.* 124. *nu.* 3. *part.* 1.
cum aliis per eum plena manu cumulatis, & dixit eadem 67
Rota in Carpentoraten. Hæreditatis, ſeu Fideicommiſſi 14. Martii 1687. coram R. P. D. Molines, *§. Vltra quod*, & in Maceraten. Fideicommiſſi 23. Martii, coram bon. mem. Benincaſa, *§. Alia verò fuit.*

Potiſſimùm attentis dictionibus, *dicti*, &, *ut ſupra*, in ipſa conditione adjectis, quę ſunt limitativę, & reſtrictivæ ad pręcedentes in vocatione expreſſas, ut de dictione,
detti, docent Menoch. *conſ.* 81. *n.* 4. Surd. *conſ.* 417. *num.* 2 68
verſic. Et non ſufficeret, Rota *dec.* 302. *num.* 6. *p.* 16. *rec.* & de dictione, *ut ſupra*, Mart. *clauſ.* 34. *n.* 3. *par.* 3. Barboſ. *dict.* 441. *num.* 3. Rot. *dec.* 438. *num.* 15. & 16. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & quòd repetat non ſolùm eaſdem perſonas, ſed etiam eundem modum, & ordinem ſuccedendi, Rota coram Otthobon. *dec.* 25. *num.* 13. & 14. *par.* 15. *rec.* & in Romana, ſeu Cremonen. Hæreditatis 15. Junii 1682. coram bon. mem. Emerix, *§. Et nil minùs*, & in eadem coram eodem 20. Martii, *Nihil refragante*, & quòd prędata conditio, utpotè
relativa ad pręcedentes vocationes, non poſſit operari, 69
ut cenſeantur vocati nepotes ſub nomine filiorum, ſi ex pręcedentibus ſubſtitutionibus non veniebant ſub dicta appellatione, optimè poſt alios concludit Manſ. *conſ.* 364. *n.* 37. & *tribus ſeqq.*

Neque curandum venit, quòd à Teſtatore fuerit digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum, quòdque in remotiſſimum tempus vocati extiterint filii, ac deſcendentes, quia, quoties in quocumque tempore facta eſt proviſio, & adſunt proximiores ſubſtituti ſuccedendi capaces, cùm non reddatur eluſoria diſpoſitio, nequaquam attenditur
remotiſſimi temporis ponderatio, Balduc. *in addit. ad conſ.* 70
17. Ramon. *n.* 49. Rota *dec.* 378. *n.* 16. 17. & 120. *p.* 13. *rec.* & hujuſmodi pręſumptio rejecta fuit à Dunozett. Junior. *dec.* 648. *n.* 24. & poſt Bonden. *dec.* 21. *nu.* 23. *et in part.* 11. *recent. deciſ.* 196. *num.* 34.

Denique quod attinet ad obiectum à defenſoribus Dom. Stephani excitatum, atque innixum diſpoſitioni *leg. cum Avus* 101. *ff. de condit. et demonſtrat. et leg. cum acutiſſimi* 3. *Cod. de fideicom.* ac diſtinctioni, quæ eſt originaria, Aret. *in tractat. de teſtament. gloſ.* 79. *numer.* 7. *et* 8. & exornata, atque

atque approbata legitur apud Rot. *in magiſtrali deciſ.* 123. *nu.* 6. & *ſeqq. part.* 16. *recentior.* veram in ſuis caſibus, ac terminis
71 admitto theoricam Doctorum, quòd in fideicommiſſis aſcendentibus, ex reſponſo Papiniani *in dict. leg. cùm Avus*, nec non ex placito Imperatoris Juſtiniani *in eadem lege cum acutiſſimi, Cod. de fideicommiſſ.* & *in leg. generaliter, §. Cum autem, Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* ſemper cenſeantur poſiti in conditione proprii filii ad excluſionem ſubſtituti ex conjectura paternæ pietatis, cuius efficacia tanta fuit penes iuriſconſultos, ac Imperatores, ut ſemper ſubintelligatur prædicta conditio, *ſi ſine filiis*; & proinde cenſuit Aretinus
72 *ubi ſupra*, comprehenſas eſſe ſub dicta legali conditione etiam fœminas, tametſi maſculi tantùm ſint in conditione poſiti, quando non ſunt ſubſtituti agnati, ea ratione, quia cum fundamentum, & baſis mox citatarum legum *cum Avus, & cùm acutiſſimi*, ſit pietas teſtatoris erga communem ſobolem, expreſſio unius ſexus removere non poteſt coniecturam pietatis erga alterum, & comprobavit Rota
73 *in allegat. deciſ.* 132. *num.* 6. & 7. & *per totum*, quæ eſt Bononien. fideicommiſſi coram Albergato, & dixerit antea Rot. in eadem Bononien. fideicommiſſi 28. Junii 1666. coram eodem Albergato, *in principio, & §. Limitatio*, quæ non reperitur impreſſa, ubi Rota in ſequelam dictarum legum firmat, quòd appellatione filiorum in conditionibus non ſolùm nepotes, & pronepotes, ſed omnes alii deſcendentes continentur, & hoc fundamento
74 utitur Palma Nepos *in ſæpiùs citata allegat.* 93. *numer.* 25. & 26. ad inducendam in ſuo caſu vocationem neptum ſub nomine filiarum, & noviſſimè Torr. *de primogen. & major. Italiæ part.* 2. *quæſtion.* 16. *num.* 24. & Aloyſius della Roſa *in conſultat.* impreſſ. penes eumdem Torr. *poſt dict. quæſt.* 16.

Verùm his non obſtantibus, pro excluſione neptum perſiſtendum crediderim, quia licèt, ut diximus, theorica in abſtracto ſumpta ſit vera, in noſtra tamen facti contingentia eſt omninò inapplicabilis, quia præcitatæ leges, necnon Doctorum, ac Tribunalium opinio, quæ in illorum obſequium meritò invaluit, ſupponit primò, quòd ultimus fideicommiſſi aſcendentalis poſſeſſor ſu-
75 perſtites reliquerit filias fœminas, aut maſculos, qui ad excluſionem ſubſtituti concurrat; ſecundò quòd agatur de deſcendente agnato contra ſubſtitutum extraneum,
76 quorum neutrum in hoc caſu verificatur; non primum, quia Philippus ultimus ex deſcendentibus maſculis teſtatoris nullos reliquit filios; non ſecundum, quia neque Dominus Stephanus eſt agnatus, neque Dom. Andreas eſt extraneus, quinimò neque eſt ſubſtitutus in ulteriori gradu ſub dicta conditione, *ſi ſine filiis*, ſubintellecta *per legem cùm Avus, & legem cum acutiſſimi*, ſæpiùs allegatas; ſed in ipſa diſpoſitiva, quæ vocat ipſoſmet filios, ac deſcendentes, ſub quorum appellatione ſubſtitutus legitur idem Dom. Andreas; adeòque non video, quomodo filius Hortenſis iam excluſus per Philippum, de cuius ſucceſſione agitur, velit ex diſpoſitione *l. cùm Avus*, aliarumque concordantium, venire ad portionem avunculi, dum prædicta iuris cenſura habet locum in portione proprii parentis, ſecùs in portione alterius, quàm patris con-
77 tra ſubſtitutum, ſive patruus ille ſit, ut in ſpecie *dict. leg. cum avus*, ſive extraneus quiſpiam, de quo ſermo eſt *in d. l. cum acutiſſimi*, ut doctè obſervat Ripa *in l. hæredes mei §. Cum ita, num.* 66. *verſ. Prætereà, ff. ad Trebell.* & in terminis extranei docet Mantic. *de conjectur. ultim. voluntat. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 21. *verſ. Sed eſt advertendum*, Rota Bononien. *poſt reſponſ.* 82. Giovagnon. *num.* 39. & 40. Rot. coram Card. Mantic. *dec.* 225. *num.* 8. coram Cardin. Seraphin. *dec.* 114. *num.* 5. *verſ. Prætereà*, & in terminis tam ſui, quàm extranei ſubſtituti, Merlin. Pignatell. *controv. foren. cap.* 1. *num.* 36. *centur.* 2. & generaliter obſervat Rub. *ſingul. reſol. tom.* 2. *part.* 5. *in declarat. l. cùm acutiſſimi* 30 *C. de fideicomm. fol. mihi* 531. *in* 1. *col.* & in durioribus terminis, quòd etiamſi filii ſint poſiti in conditione per ex-
78 preſſam diſpoſitionem teſtatoris, & ex perſona ſua videantur vocati, adhuc vocati cenſerentur dumtaxat, ut ſuccederent proprio parenti, non autem ut ſuccederent
79 alteri; Curt. Jun. *conſil.* 96. *num.* 5. *verſic. Cùm igitur*, Natta *conſ.* 551. *num.* 7. cum aliis per Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 5.

Indubitanter ubi (prout in hoc caſu) agitur de ſubſtituto deſcendente a teſtatore, in quo omnes conveniunt non habere locum prædictas leges, quamvis contrariam ſententiam teneant in ſubſtitutione extranei, ut diſtinguit
80 Bonden. *collect. leg.* 12. *num.* 7. & *pluribus ſeqq. volum.* 2. quam ſequitur Balducc. ad Ramon. *conſil.* 66. *cap.* 2. *ſub num.* 52. &

53. *fol. mihi* 174. *tom.* 3. & admittit Rota *in dec.* 28. *num.* 30. & 31. *part.... recentiorum*, quæ dumtaxat difficultatem ſentit in caſu extranei, hoc eſt teſtatoris tranſverſalis, ex inveriſimilitudine, quòd voluerit alienam poſteritatem propriæ ſoboli præferre, ut ait Imperator *in d. l. cùm acutiſſimi, Cod. de fideicomm.* cujus proinde ratione in noſtro caſu ceſſante, ceſſare etiam debet ejuſdem legis diſpoſitio, vulg. *cap. cùm ceſſante, de regul. jur. in* 6. *cum concord.*

Quæ enim ceſſaret; ex quo cùm ſit fundata in conjectu- 81
ra pietatis, quoties in concurſu hujùs legalis conjecturæ militant tot aliæ contrariæ deſumptæ ex verbis teſtamenti, ea nullatenus attendi conſuevit, ut notat Ruſtic. *in leg. cum Avus, lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. ubi cumulat concordantes, Pariſ. *conſil.* 19. *num.* 95. *libro ſecundo*, Soccin. Junior. *conſil.* 100. *num.* 10. & *conſil.* 128. *num.* 78. & 79. *libro primo*, Gabriel *concluſ. titul. de fideicommiſſ. concluſ.* 2. *num.* 56. Venturin. *conſil.* 27. *num.* 1. & 2. Petrus Maria Pezzalius apud Torr. *de primogenit. poſt qu.* 15. *num.* 51. qui notat deciſionem 32. *part.* 16. *recentiorum*, non procedere, quando aliundè conſtat de contraria teſtatoris voluntate, Cardin. de Luca *in tractat. de fideicommiſſ. diſcurſ.* 74. *num.* 2. & firmavit Rota coram Card. Celſo *dec.* 159. *num.* 3. & coram ſan. mem. Alexandro VIII. *dec.* 270. *num.* 5.

Et ita, &c.

ALEXANDER ORGANUS DE CALVIS
Signaturæ Juſtitiæ Votans, &c.

R. P. D. MUTO.

Vercellen. Prætenſæ Immiſſionis.

Lunæ 17. Februarii 1698.

ARGUMENTUM.

Sola ſufficit dubietas, ut nepotes filiorum appellatione venire non poſſint, & ad illos excludendos in concurſu conjecturarum prævalere debent ſemper illæ, quæ pro excluſione aſſiſtunt. Sub nomine filiorum nepotes non veniunt, licèt vocati fuerint filii naſcituri, & cum qualitate maſculinitatis, ſic dictos, quæ tractum temporis importet, deficere pervideatur.

SUMMARIUM.

1 F*Ideicommiſſum per præmorientiam ſubſtituti caducatur.*
2 *Et in vim illius ampliùs remedium immiſſionis non competit.*
3 *Sub filiorum nomine nec nepotes minuſque ulteriores deſcendentes veniunt.*
4 *Eoque magis, ſi agatur de diſpoſitione tranſverſalis.*
5 *Et Teſtamentum materna lingua fuerit ſcriptum.*
6 *Nepotes, & ulteriores deſcendentes appellatione filiorum veniunt, ſi concurrant conjecturæ teſtatoris ſuadentes voluntatem illos includendi.*
7 *Illæ tamen debent eſſe urgentes, ac violentę, & plures.*
8 *Teſtator, ſi condere declaraverit teſtamentum, ne inter heredes, & ſucceſſores lis oriatur, dicitur reſpexiſſe ad tractum futuri temporis, ac perpetuitatem diſpoſitionis.*
9 *Verba — nel modo e forma come ſegue — reſtringunt, & limitant pręcedentia ſecundum inferiùs dicenda.*
10 *Verba — ſucceſſores, & poſteri — in proœmio prolata ad filios reſtringuntur, ſi iſti tantùm in diſpoſitiva fuerint nominati.*
11 *Verba proœmialia non influunt in diſpoſitivam, ſed in concurſu magis diſpoſitiva, quàm proœmium attenditur.*
12 *Vocatio filiorum naſciturorum eo tantùm caſu valet nepotes, & deſcendentes includere, ſi qualificata eſſet cum verbis conſervandi bona in ulterioribus agnatis, ſeu tractum ſucceſſivum importantibus, ſcilicet de uno in alium, de herede in heredem, de gradu in gradum, vel cum dictionibus,* in infinitum, in perpetuum, *aut ſimilibus, & n.* 13.
14 *Vocatio filiorum cum qualitate maſculinitatis non perhibet argumentum comprehenſionis nepotum.*
15 *Teſtator, ſi habuerit pro ſynonimis verba* filios, *&* deſcendentes, *non exinde cenſetur vocando filios vocare voluiſſe nepotes, ſi deficiant dictiones perpetuitatem importantes.*
16 *Relatio fit ad magis proxima, non ad remota.*
17 *Repetitio non datur in ſubſtitutione, & fideicommiſſo diverſo.*
18 *Dictio — ut ſupra — aliquando ſtat declarative, vel ſuppoſitive.*
19 *Relatio limitata, & reſtricta, non repetit omnia, quæ ſuperiùs expreſſa apparent.*

20 *Ea quæ Teſtator omiſit, cenſetur conſultò omittere voluiſſe.*
21 *Repetitio alicuius qualitatis, ut ſuperflua ſtare non dicatur, appoſita præſumitur ad tollendam dubietatem.*
22 *In dubio pro excluſione repetitionis eſt judicandum.*
23 *Dictio -- come ſopra -- aliquando repetit qualitates tantùm expreſſas in ipſa parte, quæ adjecta eſt.*
24 *Coniecturæ ſuadentes excluſionem nepotum ſub filiorum appellatione prævalent aliis contrariis.*
25 *Nepotes cenſentur excluſi, ſi Teſtator filios vocaverit cum dictione perſonali, et relativa ad nomen patris.*
26 *Dicerentur pariter excluſi, ſi ſubſtitutio collata non fuerit in tempus remotiſſimum.*
27 *Vel nullum adſit verbum importans perpetuitatem.*
28 *Teſtator, qui filium gravare noluit reſpectu nepotum, multò minùs cenſetur illum gravare voluiſſe favore ulteriorum deſcendentium.*
29 *Diſcretiva locutio apta eſt deſignare excluſionem nepotum appellatione filiorum.*
30 *Sola dubietas ſufficit, ut nepotes appellatione filiorum non veniant.*

DECISIO LXIV.

JOannes Franciſcus Cuſanus in eius poſtremo, ſub quo deceſſit, teſtamento condito de anno 1579. poſtquam particulare fideicommiſſum perpetuum, ac ſucceſſivum ordinaverat ſuper domo per ipſum inhabitata favore Jacobi Antonii filii, ſuorumque deſcendentium in infinitum eumdem Jacobum Antonium filium in reliquis bonis ſibi ſcripſit hæredem, ſubdendo poſtmodum: *E morendo detto ſuo figlio in pupillare etade, & ogni volta, e quando eſſo ſuo figlio verrà à morte ſenza figli legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio procreati al detto ſuo figlio, così come ſopra decedente, hà ſoſtituito, e ſoſtituiſce il ſudetto Signor Baldaſſare Cuſano ſuo fratello nominandolo parimente di ſua bocca propria, e doppo eſſo Signor Baldaſſare, overo in ſuo mancamento ſoſtituiſce come ſopra li figli maſchi legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio procreati, tanto nati, come da naſcere dal medeſimo Sign. Baldaſſare à egual portione*, ut ſunt verba teſtamenti, *Summ. Baſili. 44 num.* 1.

Deceſſit memoratus teſtator, deinde Balthaſſar Senior frater, ac Paulus Hieronymus unicus filius ſubſtituti, poſtmodùmque Jacobus Antonius hæres inſtitutus relicto ſub ſe Canonico Marco Aurelio Cuſano hærede, qui anno 1672. ad prænominati Joann. Franciſci exemplum ſuppoſita fideicommiſſo particulari domo per ipſum inhabitata favore Balthaſſaris Junioris de Cuſanis, ſuorumque filiorum, & deſcendentium in infinitum per lineam maſculinam, iiſque deficientibus proximiorum agnatorum domus, in cæteris bonis hæredem inſtituit Venerabilem Baſilicam Sanctæ Mariæ Majoris Civitatis Vercellen. prout ex teſtamentariis tabulis deſuper confectis dicto *Summ. n.* 6. adeòut hæc hæres inſtituta bonorum hæreditariorum poſſeſſionem adeptam pacificè continuaverit uſque ad annum 1692. de quo Paulus Hieron. & Jacobus Antonius Juniores de Cuſanis, antedicti Balthaſſaris Joannis Franciſci patris pronepotes, relatum iſtius fideicommiſſum in ipſorum perſonas purificatum prætendentes, adverſus dictam Venerabilem Baſilicam judicium introduxerunt in vim famigeratæ *legis final. Cod. de edict. D. Adrian. Tollen. in Tribunali Nunciaturæ Apoſtolicæ Taurinen.* in quo ſuccumbentes appellarunt ad A. C. qui confirmata præcedenti, conformem abſolutoriam ſententiam tulit, à qua ſimiliter actoribus provocantibus ad Rotam, diſputatum fuit in hodierna Audientia coram me, cui controverſia delegata extitit -- *An conſtet de fideicommiſſo, & ſit danda, vel deneganda immiſſio?* & PP. negativè in utraque propoſiti dubii parte reſponderunt.

Siquidem cum Joannes Franciſcus ſuper domo ab ipſo inhabitata fideicommiſſum perpetuum, & deſcenſivum ordinaverit, deindè deveniendo ad diſpoſitionem aliorum bonorum reliquiſſet hæredem Jacobum Antonium filium, & hoc decedente ſine liberis, Balthaſſarem fratrem, & ejus filios, ob præmorientiam tam eiuſdem Balthaſſaris, quàm Pauli Hieronymi illius unici filii, ut ſupra ſubſtitutorum, fideicommiſſum caducatum remanſit, per text. *in*
1 *leg. prima, & tot. titul. Cod. de caduc. tollend.* Peregrin. *de fideic. art. 32. num.* 4. Fuſar. *de ſubſtitut. qu.* 565. *num.* 1. Rota coram Seraph. *dec.* 1479. *n.* 5. & coram Greg. *deciſ.* 542. *n.* 8. itaut Paulo Hieronymo, & Jacobo Antonio Junioribus actoribus, dicti Balthaſſaris Senioris pronepotibus, nullatenus im-
2 miſſio competat, Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 43. num.* 2. & 35. Rota coram Card. Cerro *dec.* 885. *n.* 2. *in rec. dec.* 115. *n.* 5. *et* 6. *part.* 18. & in Romana, ſeu Reatina fideicommiſſi de Vicentinis 14. Junii præcedentis anni, *§. deſumptis*, coram me.

Nec ex eo, quòd ſubſtituti fuerint præcitati Balthaſſaris Senioris filii, prætendere poſſunt actores ipſorum vocationem; etenim regulare eſt, quòd ſub filiorum nomine nec nepotes, minùſque ulteriores deſcendentes veniunt, 3
ad literales text. *in leg. Gallus, §. ibidem credendum, ff. de lib. & poſthum. leg. quod ſi nepotes, ff. ad teſtam. tut.* Menoch. *conſ.* 215. *num.* 7. Palm. Nep. *allegat.* 19. *num.* 6. Contr. *diſcept. forenſ.* 25. *num.* 179. Altograd. Jun. *controv.* 64. *num.* 10. Saminiat. *controv.* 19. *num.* 11. Manſ. *conſ.* 526. *num.* 3. *cum ſequentibus*, Modern. Forolivien. *dec. Florent.* 4. *à num.* 1. Rota coram Dunozett. Jun. *deciſ.* 648. *num.* 17. coram Merlin. *deciſ.* 460. *num.* 2. coram Cardin. Cerro *dec.* 516. *num.* 4. *in recent. dec.* 7. *num.* 31. *part.* 10. *dec.* 296. *num.* 30. *par.* 11. in Tropien. Fideicommiſſi 26. Novembris 1695. *§. Teſtator ſi quidem*, coram bon. mem. Emerix Decano, plenè in d. Romana, ſeu Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis, *§. Tantùm autem abeſt*, coram me. Eòque magis cum agatur de diſpoſitione facta per tranſverſales, in qua 4
filiorum nomen faciliùs ad filios primi gradus reſtringitur in excluſionem nepotum, & pronepotum, Peregrin. *de fideicomm. art.* 22. *num.* 56. *ad med.* Mantic. *de coniect. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 8. *nu.* 11. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 37. *n.* 2. Rota *dec.* 7. *n.* 31. *part.* 10. & coram Bichio *dec.* 480. *n.* 24. ac filiorum vocatio concepta ſit lingua materna, ex rationibus, de 5
quibus Bardellon. *conſ.* 83. *num.* 35. *cum ſeqq.* Manſ. *conſult.* 364. *num.* 5. Roſ. *conſ.* 42. *n.* 26.

Et quamvis ab huiuſmodi regula excluſiva nepotum ex contrariis conjecturis recedatur, ut adnotant Altograd. 6
Jun. *d. controv.* 97. *n.* 21. Angel. Rodulph. *alleg.* 20. *n.* 1. Moder. Forolivien. *d. dec. Florent.* 4. *n.* 4. Rota coram Dunozet. Sen. *dec.* 81. *n.* 10. coram Merlin. *dec.* 206. *n.* 4. & in Parmen. Juriſpatron. 16. Februarii 1693. *§. neque perpenſa*, & 15. Januarii 1694. *§. taliſque coniecturæ vis*, coram Reverendiſſimo D. meo Decano; eædem tamen debent eſſe nedum plures, ſed urgentes, ac violentæ, ut à verborum Teſtatoris proprie- 7
tate recedatur, ad ea, quæ obſervant Palm. Nep. *alleg.* 83. *num.* 39. Saminiat. *controv.* 19. *num.* 18. Modern. Forolivien. *d. dec. Floren.* 4. *n.* 66. *cum ſeqq.* Rot. coram Dunoz. Sen. *dec.* 81. *num.* 10. coram Jun. *dec.* 647. *num.* 20. coram Celſo *dec.* 34. *n.* 4. & *in rec. dec.* 262. *n.* 4. *p.* 17.

In hypotheſi talis ſpeciei apud DD. viſæ non fuerunt conjecturæ per informantes pro actoribus allatæ; nam prior elicita ex proœmio teſtamenti, ubi teſtator ſe declaravit devenire ad ſuorum bonorum diſpoſitionem - *acciochè fra i ſuo i poſteri, eredi, e ſucceſſori non naſchi alcuna lite, ò controverſia*, ex quo deſumitur, ipſum etiam in hoc univerſali fideicommiſſo reſpexiſſe ad tractum futuri temporis, ac perpetuitatem diſpoſitionis, juxta firmata per Rotam in Rom. 8
fideicommiſſi 26. Novem. 1696. *§. hanc fuiſſe teſtatoris mentem*, coram R. P. D. meo Caprara; quandoquidem ultraquàm quod ab hac deciſione pendet reviſio, verba præfata non de per ſe, & independenter, in quibus terminis procedit dicta deciſio, ſed ſunt limitata, & reſtricta per alia ſubſequentia, ibi *nel modo, e forma come ſegue*, quæ cum reſtringant, & limitent præcedentia ſecundùm inferiùs dicenda, Rot. penes Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. dec.* 225. *nu.* 15. *cum ſeqq.* in Bononien. fideicommiſſi de Ghisleriis 2. Martii 1693. *§.* 9
quæ fortiùs ſtringunt, coram bon. mem. Benincaſa, & in ſpecie in dicta Romana fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii præcedentis anni *§. neque vis aliqua*, coram me, innegabiliter ſequitur, quòd ſicuti diſpoſitio fideicommiſſa univerſalis non continet, niſi ſubſtitutionem de fratre teſtantis, eiuſque filiorum, verba *ſucceſſores, & poſteri*, ad illos reſtricta cenſentur, nec extenſionem fideicommiſſi operantur ad ulteriores deſcendentes, benè Rota *in rec. dec.* 663. *n.* 19. *p.* 1. in d. Bononien. fideicommiſſi de Ghisleriis ubi ſupra, & in ſpecie diſtinguendo in relata fideicommiſſi de Vincentinis *eodem §. neque vis*, coram me, ubi concordnates. Preſertim quia hujuſmodi verba prædicari poſſunt de fideicommiſſo particulari, ut prædictum fuit in eodem teſtamento facto, in quo vocati fuerunt poſteri, & deſcendentes in infinitum, & reperiuntur in proœmio, ſeu præparatoria: non autem in diſpoſitione, prout erat in dicta deciſione R. P. D. mei Capraræ, utique verba proœmialia non influunt in diſpoſitivam, ſed in concurſu magis diſpoſitiva, quàm pars proœmialis attenditur, Text. *in l. Imperator* 72 *§. fin.* ibique gloſſ. *in verbo non videtur, ff. de leg.* 2. Torr. *de primog. Ital. p.* 2. *q.* 54. *n.* 32. Add ad Gregor. *deciſ.* 522. *n.* 21. *cum aliis ſupra citat.*

Neque

Neque plus valuit ſecunda conjectura deſumpta ex vocatione filiorum Balthaſſaris, tam natorum, quàm naſciturorum, quaſi quòd ob talem vocationem inductus fuerit tractus temporis in futurum reſtringi non patiens ad filios primi gradus, eo quia quidquid foret, ſi talis vocatio, ſeu indefinita ſubſtitutio filiorum naſciturorum qualificata eſſet cum verbis animum conſervandi bona in ulterioribus agnatis, ſeu tractum ſucceſſivum importantibus, nimirùm de uno in alium, de hærede in hæredem, de gradu in gradum, vel cum dictionibus in infinitum, in perpetuum, aut ſimilibus, ut exemplificat ex profeſſo Roſ. *conſ.* 42. *nu.* 5. ac in his terminis loquuntur auctoritates in contrarium pro auctoribus allegatæ, quoties tam verba, quàm dictiones hujuſmodi deficiunt, ſub vocatione filiorum naſciturorum ulteriores deſcendentes non veniunt, ſed dumtaxat comprehenduntur filii, quos ex eodem Balthaſſare fratre poſt condi-
12 tum teſtamentum naſci contingeret, optimè Roſ. *dict. conſult.* 42. *num.* 6. *verſic. etiamſi addatur particula naſcituros*, Saminiat. *controv.* 19. *num.* 3. & 20. Rot. *in recent. deciſ.* 262. *nu.* 6. *par.* 17. coram Bichio *dec.* 480. *nu.* 28. & plenè contrarias authoritates ita conciliando in dicta Romana, ſeu Reatina fideicommiſſi de Vincentinis *§. etenim quidquid foret*, coram me, ubi in comprobationem adducitur exemplum vocationis ſub collativo nomine deſcendentium, qui activè, & paſſivè vocati dici deberent, deficientibus dictionibus infinitatem, & perpetuitatem temporis importantibus, ad
13 famigeratam theoricam Cuman. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2.

Minoris ponderis detecta fuit tertia conjectura deducta ex vocatione filiorum maſculorum Balthaſſaris fratris, dum ſimplex vocatio maſculorum non operatur extenſionem ad nepotes, ſeu pronepotes, ulterioreſque deſcendentes, quia licet teſtator prædilexerit maſculos, non exinde tamen dici debet rationem habuiſſe conſervandi agnationem in perpetuum, Modern. Forolivien. *dict. deciſ. Florent.* 23. *num.* 71.
14 *cum ſeq.* Rota coram Dunoz. ſen. *dict. deciſ.* 81. *num.* 21. *cum ſequent.* coram Jun. *deciſ.* 648. *numer.* 22. & in dicta Romana fideicommiſſi de Vincentinis, *§. conſimilis irrelevantiæ*, coram me.

Similiter nec extenſionem fideicommiſſi ad nepotes operatur quarta, quòd teſtator verba *filios, & deſcendentes*, habuerit pro ſynonymis in nonnullis teſtamenti partibus, eo quia teſtator id habuit in fideicommiſſo particulari, ſed cum dictionibus in perpetuum, & in Infinitum omnino requiſitis; ſecùs autem in fideicommiſſo univerſali, in quo ſubſtituit Balthaſſaris filios abſque aliquo verbo, ſeu dictione perpetuitatem, vel infinitatem importante; tunc nihil obſtat, quòd verbum filii in fideicommiſſo particulari habitum fuerit pro ſynonimo cum ſucceſſore, nam ſatis
15 eſt, quòd in univerſali id prædicari non poſſit Altograd. Junior. *controv.* 97. *à n.* 26. *à n.* 31. & *n.* 80. per Modern. Forolivien. *d. dec. Florent.* 4. *nu.* 70. *cum ſequentibus*, & appoſitè reſpondit Rota in dicta Romana fideicommiſſi de Vincentinis *§. Prout etiam elicita*, coram me.

Demùm extenſio hæc ad nepotes, & pronepotes perperam arguitur ex geminata dictione, *ut ſupra*, quæ legitur in relata diſpoſitione fideicommiſſi univerſalis; quandoquidem primo loco ibidem appoſita: *Et ogni volta, e quando eſſo ſuo figlio così come ſopra decedente*, nullatenùs repetit ſubſtitutiones nepotum, & pronepotum, aliorumque deſcendentium, contentas in fideicommiſſo particulari, ſed dumtaxat obitum filii abſque liberis legitimis, & naturalibus; prout nec minùs in ſecundo loco adjecta, ibi: *E doppo eſſo Signor Baldaſſare, overo in ſuo mancamento ſoſtituiſce, come ſopra, li figliuoli maſchi legitimi, e naturali*; nam in hoc etiam caſu dicto præfata vel repetit modum ſubſtituendi cum nominatione ore proprio, ſicut in præcedenti proxima ſubſtitutione de Balthaſſare fratre teſtator expreſſerat, ibi: *Soſtituiſce il ſuddetto Signor Baldaſſar Cuſano ſuo fratello, nominandolo parimente di ſua bocca propria*, ex vulgata regula, quod relatio fit ad magis propria, non autem ad remota, &
16 interſecata, de qua DD. relati per Rocc. *diſputat. capit.* 31. *numer.* 21. Tondut. *quæſtion. civil. capit.* 25. *num.* 10. Torr. *de primogenitur. Ital. tom. primo, capit.* 37. *num.* 371. Rota Januenſ. apud eumdem *tom. tertio, deciſ.* 16. *numer.* 64. *cum ſequentibus*, Rota coram Buratt. *deciſ.* 21. *numer.* 8. coram Dunozett. Junior. *deciſ.* 304. *numer.* 7. *in recent. deciſ.* 76. *num.* 7. *par.* 8.

Signanter perpenſa diverſitate tam rei, cum in prima diſpoſitione contineatur tantùm fideicommiſſum particulare ſuper domo; in altera, de qua agitur, univerſale ſuper omnibus aliis bonis; quàm perſonarum, dum in primo particulari fideicommiſſo nominatim vocantur omnes filii, & deſcendentes Jacobi Antonii hæredis maſculi, ac de linea maſculina; in univerſali autem ad ſucceſſionem invitatur Jacobus Antonius, in conditione ponuntur ejus filii ſine ulla deſignatione maſculinitatis, & mentione lineæ maſculinæ: & illi ſine filiis decedenti ſubſtituuntur Balthaſſar, ejuſque filii; quàm etiam rationis, nam in fideicommiſſo particulari ſuper domo exprimitur votum, & deſiderium conſervandi agnationem in omnibus deſcendentibus, quod deficit in univerſali, quibus ſanè præexiſtentibus prætendi non poteſt repetitio ordinis omninò diverſi in particulari fideicommiſſo præſcripti, Palm. Nep. *alleg.* 311. *n.* 31. *cum* 17
ſequentib. Card. de Luca *de fideicomm. diſc.* 43. *num.* 32. Torr. *de primog. Ital. p.* 1. *cap.* 37. *ſub n.* 22. *cum ſequentib.* Rota coram Buratt. *deciſ.* 21. *n.* 8. & 9. coram Dunozett. Junior. *dec.* 46. *num.* 24. coram ſan. mem. Alexandro VIII. *dec.* 252. *num.* 6. *et* 7. coram Priolo *deciſ.* 283. *num.* 5. *cum ſeqq. in rec. deciſ.* 581. *nu.* 6. *et* 7. *part.* 5. *dec.* 144. *num.* 4. *cum ſeqq. par.* 7. *dec.* 370. *num.* 16. *par.* 13. *dec.* 274. *num.* 15. *et* 16. *deciſ.* 633. *num.* 25. *part.* 18. in Tudertina fideicommiſſi 15. Februarii 1694. *§. non obſtat*, coram bon. mem. Emerix Decano, & in Interamnen. fideicommiſſi 4. Februarii 1695. *§. replicatione in fine* coram me.

Aut ſaltem dicto, *ut ſupra*, ſtat declarativè, & ſuppoſitivè, vel ad indicandum, quòd teſtator filios filii ſui, 18
quos ſuprà in conditione poſuerat, vocaverat, Curt. Jun. *c.* 43. *ſub n.* 11. *in fin. column. verſic. quartò, non obſtat*, ſeu ad oſtendendum, quòd teſtator in filiis Balthaſſaris fratris unicè requiſierit maſculinitatem, legitimitatem, & naturalitatem, prout requiſiverat in filiis Jacobi Antonii filii, & hæredis in eodem particulari fideicommiſſo inſtituti, ex illis verbis: *Soſtituiſce come ſopra, li figlioli maſchi legitimi, e naturali*; quin etiam repetita exindè cenſeri debeat ſubſtitutio nepotum, & pronepotum in ipſo particulari fideicommiſſo contenta, cum teſtator præſumatur voluiſſe eum tantùm gradum, ſeu qualitatem ſubſtitutionis repetere, ad quam expreſſè ſe retulit, non autem aliam diverſam ibidem non expreſſam, ea ratione, quia in hoc caſu relatio non eſt generalis, minùſque effrænata ad omnia ſuperiùs expreſſa: ſed limitata, & reſtricta à verbis ſubſequentibus, à quibus ſpecialem, & certam determinationem recipit, benè Decian. *reſponſ.* 1. 19
ſub num. 213. *verſic. quia reſpondetur lib.* 2. Giovagnon. *conſil.* 63. *num.* 73. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 200. *ſub num.* 22. *verſ. quia reſpondetur*, Camerat. *reſpon. dec.* 93. *num.* 35. Rot. *in recent.* 581. *num.* 11. *cum ſeqq. par.* 5. *dec.* 144. *num.* 10. *part.* 7. *deciſ.* 39. *à num.* 23. *part.* 13. & *dec.* 81. *num.* 7. *cum ſeqq. part.* 17. Itaut, cum in hac diverſa diſpoſitione ſubſtitutio nepotum repetita non fuerit, cenſetur per teſtatorem conſultò omiſſa, Bardell. *conſ.* 21. *num.* 5. Altograd. ſen. *conſ.* 69. *num.* 20
43. *lib.* 2. Urceol. *conſult.* 57. *num.* 3. Rodulph. *allegat.* 154. *num.* 4. Rocc. *diſput.* 42. *num.* 27. Gobb. *conſ.* 9. *num.* 75. Caſtald. *conſ.* 120. *num.* 10. Rota coram ſan. mem. Alexand. VIII. *dec.* 252. *num.* 8. *in rec. dec.* 638. *num.* 7. & 8. *p.* 18. & *dec.* 122. *num.* 8. *p.* 19. Quin in his circumſtantiis repetitio ſolius maſculinitatis, legitimitatis, & naturalitatis, dici potuerit ſuperflua, ſed ſequuta potiùs aſſeri debet gratia tollendæ dubitationis, Rot. coram Seraph. *dec.* 620. 21
n. 5. & *in rec. dec.* 39. *num.* 27. *part.* 13. Et ſufficit, ut de hac repetitione dubitari poſſit, ad hoc ut in dubio pro illius excluſione ſi iudicandum, pluribus relatis Altograd. Sen. *conſil.* 83. *num.* 75. *et conſ.* 95. *num.* 75. *lib.* 2. Manſ. *conſ.* 99. *num.* 63. Palm. Nep. *alleg.* 301. *num.* 29. Rocc. *diſp.* 72. *num.* 28. Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 450. *num.* 15. Cenſal. ad Peregr. *de fideicom. art.* 25. *fol.* 102. Add. ad Greg. *dec.* 514. *num.* 17. Rota poſt 22
Torr. *de primog. Ital. p.* 3. *dec.* 59. *et in rec. deciſ.* 307. *n.* 17. *p.* 18. Imò novum non eſt, hanc dictionem inculcare poſſe repetitionem earumdem qualitatum expreſſarum etiam in ipſa parte, quæ adiecta eſt, Modern. Forolivien. *dec. Flor.* 11. *nu.* 12. 23
ver. ultra quod, Rot. *dec.* 82 *ſub n.* 53. *§. nec pariter uſque ad nu.* 56. *poſt* 2. *tom. conſ.* Ramon.

Eòque magis concurrentibus conjecturis pro excluſione nepotum, & fideicommiſſi, quæ contrariis prævalet, Altograd. Jun. *contr.* 97. *num.* 65. Modern. Foroliv. *dec. Floren.* 4. *num.* 88. Rota *in rec. dec* 279. *n.* 31. *cum ſeq. par.* 6. & coram Dunoz. Sen. *dec.* 81. *in fin.* earumque prima deducitur, ex quo vocati fuerunt filii non ſimpliciter abſolutè, & independenter, ſed cum deſignatione perſonæ Balthaſſaris patris, ibi - *Dal medeſimo Signor Baldaſſare*, quæ dictio *ejuſdem* eſt perſonaliſſima, & operatur reſtrictionem ad filios primi gradus, Menoch. *conſ.* 215. *num.* 8. *et conſ.* 347. *num.* 25
18. Cyriac. *controv.* 522. *num.* 42. Saminiat. *contr.* 19. *num.* 16. 20. & Card. de Luca *de fideicomm. diſcurſ.* 71. *nu.* 6. Rota

coram Celſ. *dec.34.nu.7.in rec. dec.* 489. *num.*1.*part.*14. & in Tropien immiſſionis 26.Novembris 1695.*§ præſertim* coram bo. mem. Emerix Decano, confirmata die 6. Decembris proximè præteriti coram R.P. D. meo Priolo.

Secunda, ex quo vocatio filiorum Balthaſſaris collata non fuit in tempus remotiſsimum, ubi ſaltem difficilis eſſet præexiſtentia filiorum primi gradus; ſed tempus proximum, in quo veriſimiliter credi poterant vivi iidem filii primi gradus, Peregrin. *conſ.* 31. *num.*11. *lib.* 2. *ac de fideic. art.*22. *n*,
26 50. Card.de Luca *de fideicomm.d.dec.*71.*n*.8.Mart. Medic. *dec. Sen.*1.*n*.64, Rota cor. Merlin. *dec.*206. *n.*16. & in dicta Tropien. cor. bo. mem. Emerix *eodem* §. *præſertim*.

Oritur tertia, ex quo in hac ſubſtitutione, ſeu vocatione filiorum, teſtator nullum adjecit verbum importans perpetuitatem, vel infinitatem fideicommiſſi univerſalis, nullamq; habuit contemplationem agnationis, prout adjecerat, & reſpectivè habuerat in particulari, ob quod oſtendi potuiſſet ipſius voluntas comprehendendi etiam ulteriores
27 deſcendentes, ad propoſitum Manſ. *conſil.* 526.*numer.* 11. de Luca *de fideicommiſſ. dicto diſcurſ.*71.*nu.* 9. Mart.Medic. *dicta dec.*1. *numer.*50. Rota coram Bichio *dec.* 480. *numer.* 28. in mox d.Tropien. Immiſſionis *dicto §. præſertim*, & in præcitata Romana, ſeu Reatina fideicommiſſi de Vincentinis cor. me, *§. ſexta demùm*, ubi advertitur, hanc omiſſionem conſultò fuiſſe omiſſam, quod priùs dixerat Altograd. *conſ.* 97. *num.* 59. *cum ſeq. tom.*2.

Deſcendit quarta, ex quo Teſtator in ſua linea deſcenſiva vocavit dumtaxat filios primi gradus, & nepotes poſuit in conditione, ut ſi noluerit filium expreſsè gravare favo-
28 re nepotis, illum gravaſſe cenſendum non eſt favore deſcendentium ex ipſius teſtatoris fratre, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 713.*n.*18.Cardin.de Luca *de fideicom. diſcurſ.* 147. *n.*13. Rota coram Dunozet. Jun. *deciſ.*648. *num.*4.

Quinta exurgit ex diverſo, ſive diſcretivo loquendi, & diſponendi modo, quo Teſtator uſus fuit; nam in particulari fideicommiſſo ſuper domo per ipſum inhabitata favore omnium deſcendentium, omnes adhibuit modos includendi nepotes ſub filiorum nomine; ſecùs autem in univerſali, de quo agitur; ut ex hoc diſcretivo modo diſponendi, de
29 filiis tantùm primi gradus intellexiſſe dicatur, Gozzadin. *conſ.*20.*numer.*18. Surd.*conſil.*403.*numer.*21. *cum ſequent.* Peregrin. *conſ.* 65.*numer.*21. *lib....* Manſ. *conſultat.*526.*num.*8. Altograd. *dict. controv.* 97. *num.* 32. de Luca *dicto diſcurſ.* 71. *num.* 7. Rota coram Seraphin. *deciſ.* 1486. *numer.*12. coram Dunozett. ſen. *deciſ.*81.*num.* 11. coram Bich. *deciſ.* 279. *num.* 14. coram Celſ. *deciſ.*34.*nu.*9. *in recent. dec.*489.*num.*1. *part.*9. & in d.Romana, ſeu Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 14. Junii, *§. quarum prima*, coram me.

Quæ conjecturæ ſignanter unitim acceptæ claram reddunt excluſionem nepotum, & fideicommiſſi, quamvis ad hunc effectum ſatisfuiſſet nos in dubio verſari, ex adductis, Altograd. jun. *dicta controv.* 97. *num.*16. Actolin.*reſol.*62.*nu.* 6.& Rota in dicta Romana, ſeu Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis, §.*Relevare DD.* coram me, cum aliis ſuperiùs adductis.

Et ita concluſum pro non exiſtentia fideicommiſsi, & denegatione, immiſſionis partibus auditi, &c.

R. P. D. URSINO.

Romana Fideicommiſsi.

Ven. 8.*Martii* 1697.

ARGUMENTUM.

Teſtator, qui deſcenſivum, fecit fideicommiſſum cum verbis perpetuitatem importantibus, quòd voluerit filiorum nomine vocare nepotes, licèt aliter loquutus fuerit de filiis, & aliter de nepotibus, ac nomen patris, & matris adjecerit, in binis, quæ ſubſequuntur, deciſionibus, optimè deciditur.

SUMMARIUM.

1 *SI Teſtator conſideraverit perpetuitatem, veniunt ſub nomine filiorum nepotes, & ulteriores deſcendentes.*
2 *In fideicommiſſo aſcendentis veniunt ſub nomine filiorum nepotes, & ulteriores deſcendentes, ſi in fideicommiſſo verba reperiantur, quæ tractum temporis ſucceſſivum importent.*
3 *Appellatione filiorum veniunt nepotes, & deſcendentes, ſi teſtator voluerit, quod bona perpetuò conſerventur.*
4 *Appellatione filiorum, & deſcendentium maſculorum veniunt etiam maſculi ex fœminis, num.* 10.
5 *Ad hac regula non receditur, niſi ex conjecturis, quæ ſint concludentes.*
6 *Teſtator, ſi diſpoſitionem inceperit ab inſtitutione filiæ feminæ, ac primordiali maſculorum vocatione ex femina, eò magis cenſetur voluiſſe ſub nomine filiorum, & deſcendentium maſculorum maſculos ex femina comprehendere. Declara, ut num.*7.
8 *Fideicommiſſa ſine voto agnationis ad ſolam perpetuitatem ordinantur.*
9 *Dictio*, eoſdemque, *eſt repetitiva præcedentium*,
11 *Filiorum, & deſcendentium maſculorum nomine eò magis veniunt maſculi ex feminis, & ulteriores deſcendentes, ſi Teſtator non ſubſtituerit filios filiorum maſculorum, ſed ſolos filios maſculos filiorum.*
12 *Temporanea excluſio feminarum cum dotis promiſſione importat prædilectionem ſexus maſculini cum feminarum excluſione, ſed non influit in deſcendentes ex fæminis habentes qualitatem maſculinitatis.*
13 *Ubi non adeſt votum agnationis, repetita vocatio maſculorum non ſufficit ad excludendos maſculos ex femina.*
14 *Vocatio legitimorum non concludit votum conſervationis agnationis, ac excluſionem maſculorum ex femina.*
15 *Prohibitio alienationis abſque admixto voto conſervandi agnationem, cum diſpoſitione famulatur.*
16 *Excluſio filii non probat votum conſervandi agnationem, minuſve excluſionem maſculorum ex femina.*
17 *In fideicommiſſo non agnatitio, in quo fæminæ in ſubſidium vocatæ fuerunt, maſculi ex feminis ipſis fæminis præferuntur.*

DECISIO LXV.

CEnſuerunt hodiè DD. dandam eſſe immiſſionem Benigno, aliiſque fratribus de Georgiis ad bona fideicommiſſaria Petri Antonii Jannutii detenta per Catherinam, poſita perſonarum legitimatione, bonorumque identitate inter Partes non controverſis, exiſtentia fideicommiſſi deprehendebatur ex teſtamentariæ diſpoſitionis contextu, dum in eo Petrus Antonius teſtator univerſalem inſtituit heredem Catherinam filiam, eique ſubſtituendo voluit quòd (ſunt verba teſtamenti) *in perpetuum vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum ſuccedere debeant ejus filii maſculi, legitimi, & naturales, nati, & naſcituri, eoſdemque filios, & filios filiorum maſculos natos, & naſcituros in infinitum ad invicem, viciſſim ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & in eventum, in quem dd. maſculi nati, & naſcituri ex dicta Catherina hærede univerſali decederent ſine filiis legitimis, & naturalibus, tunc et eo caſu ſuccedant, et ſuccedere debeant filiæ feminæ vulgariter; pupillariter, et per fideicommiſſum;* ſicque ordinaſſe dignoſcitur fideicommiſſum deſcenſivum, & reciprocum, quia licèt ſolùm vocaverit filios, & filios filiorum, tamen ex conjecturata diſponentis mente verificatur ſub utraque eorum vocatione comprehendere voluiſſe non ſolos filios immediatos, ſed nepotes etiam, & ulteriores deſcendentes, tum quia pluries fuit repetita in toto teſtamenti contextu clauſula *in infinitum*, & *in perpetuum*, & ſignanter in prima vocatione filiorum Catherinæ ibi, *In perpetuum ſuccedere debeant filii maſculi legitimi, & naturales*, itemque in ſubſtitutione filiorum ex filiis, ibi *eoſdemque filios, & in infinitum, & ſubſtituit*, quæ perpetuitas cùm verificari non valeat in ſolis filiis immediatis, & ſic toties inculcata, & repetita urgentem præbet conjecturam ad diiudicandum ſub nomine filiorum vocatos fuiſſe nepotes, & ulteriores deſcendentes, ut in ſpecie ponderant Molin. *de Primog.lib.*1.*c.*6.*ſub nu.*28. *&* 33. Carol.An- 1
tonio de Luc. *de lin.legal.lib.*2.*art.*96. *n.*6. Rota coram Merlin.*dec.*460.*n.*15.coram Coccin. *dec.*1162.*n.*3.*in rec.dec.*718.*ſub n.*3.*p.*2. & optimè *in Urbevetana cenſuum* 26. *Martii* 1696. *§. tertia quia*, & 27. Junii ejuſdem anni *§.addebatur quarta* coram R. P. D. meo Caprara; tum etiam ex eo quòd vocati fuerunt filii Catherinæ, & filiorum filii nati, & naſcituri cùm clauſula etiam *per fideicommiſſum*, quæ verba tam in ſe, quàm ratione connotati, cum importent tractum temporis ſucceſſivum, operantur, ut in fideicommiſſo aſcendentis, in quo leviores conjecturæ ſufficiunt, reſtrictio fieri non poſſit ad filios primi gradus, ſed verba dicantur comprehenſiva etiam ulteriorum deſcendentium juxta tradita in terminis per Craſs.§.*fideicommiſſum q.*10. *nu.*9. Mantic.*de* 2
*conject.ult.vol.lib.*8.*n.*16. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 94.*n.*28. Rota coram Manzaned. *dec.*45. *n.*7. coram Merlin. *dec.*460.*n.*10. *et in rec. dec.*196. *n.*36. *p.*11. *et dec.* 213. *n.*3. poſt Torr.*de pact.fut.ſucceſſ.*

Denique id ipſum evincitur ex adjecta prohibitione alienationis, & proviſione in caſum delicti, veſtita ratione, ut bona in perpetuum, & in infinitum conſervarentur in dd. ſuis hæredibus, quæ licèt apta non ſit inducere fideicommiſſum agnatitium, demonſtrat tamen enixam voluntatem perpetuationis bonorum, quæ ſtare non valet ſine comprehenſione ulteriorum deſcendentium ſub nomine filiorum, quia aliàs eſſent de diametro contraria velle perpetuò, & in infinitum conſervare bona in hæredibus, & ordinare fideicommiſſum reſtrictum ad ſolos filios, vel nepotes immediatos, ut hac ponderata ratione reſpondit Rota
3 coram Coccin.*dec.*1162.*n.*3.coram Merlin.*dec.*460.*n.*15.*in recent.dec.*718.*ſub n.*3.*par.*2. cum aliis concordantibus laudatis in d. Urbevetana cenſuum coram R. P. D. meo Caprara in locis mox allegatis.

Data verò perpetuitate fideicommiſſi, vocatio fratrum actorum emergebat ex eo, quod cum verſemur in fideicommiſſo non agnatitio, nec concepto pro ſolis maſculis ex maſculis, aut pro ſola linea maſculina, ſed in diſpoſitione ordinata pro filiis maſculis legitimis, & naturalibus ſub quorum vocatione ex præmiſſis comprehenduntur etiam ulteriores deſcendentes, ipſi, cum ſint filii maſculi à Catharina deſcendentes, licèt proveniant per medium Liviæ Nepotis Catherinæ ex Eugenio filio, dicuntur tamen venire appellatione filiorum maſculorum, juxta inconcuſſam
4 regulam elicitam ex celebri conſilio Fulgoſ.85.communiter amplexam, & ſignanter à noſtro Tribunali, ut videre eſt coram Cerro *dec.*885.*n.*2.Priol.*dec.*283.*n.*1. *& inter diverſ.dec.* 6.*per tot.par.*1.*& in recent.dec.*402.*n.*26.*& ſeqq.part.*9.*dec* 84.*n.*1. *par.*10.*& dec.*132.*num.*14.*& ſeqq.par.*16.& in Bononien. fideicommiſſi de Ballattinis 3. Junii 1689. *§. altera vero*, coram R.P.D. meo Caprara.

5 Licèt verò conjecturæ ſuadeant receſſum à d. regula, illæ tamen debent eſſe concludentes, quales ad aſſumptum conſiderantur votum conſervandæ agnationis, vocatio lineæ maſculinæ, & deſcendentium ex linea maſculina, vel explicita denominatio maſculorum ex maſculis; unde cum in themate nulla ex iis concurrat, quinimò potiùs teſtator diſpoſitionem inceperit ab inſtitutione filiæ fœminæ, ac primordiali maſculorum vocatione ex fœmina, ex hac validiſſima demonſtratione confovetur regula, quòd ſub nomine maſculorum comprehendere intellexerit quoſque
6 maſculos etiamſi ex fœminis provenientes ut in terminis ponderant Mantic.*de conject.ult.volunt.lib.*8.*tit.*18.*n.*17.Carol. Ant.de Luca *de linea legal.art.*12. *nu.* 51. *verſ.ſuadet*, Manſ.*d. conſult.*159 *n.*4.Palm.Nep.*alleg.*220.*n.*76.Larrea *dec.Granaten.* 34.*n.*28.Rot.coram Bich.*dec.*490.*à n.*1.*& ſeqq.*

Haud reſiſtente, quòd ex contextu diſpoſitionis appareat teſtatorem gradatim conſideraſſe maſculos ex maſculis, invitando primo loco filios immediatos Catherinæ, & poſteà ſubſtituendo reciprocè eoſdem filios, & filios filiorum maſculos; nam objectum tunc aliquam ſortiretur efficaciam, quoties teſtator ſub nomine filiorum maſculorum Catherinæ intellexiſſet de ſolis filiis primi gradus, quia tunc maſculi ex aliis fœminis non poſſent admitti, quia non pellerent qualitate filiationis erga filiam teſtatoris, juxta terminos quæſtionis agitatæ à Fuſar. *de ſubſtit.qu.*404. *nu.*21.
7 & à Gratian.*conſ.*120. ſed cum in caſu ex aliis circumſtantiis demonſtrativis voluntatis compertum habeamus, ſub nomine filiorum maſculorum Catherinæ vocatos fuiſſe etiam ulteriores deſcendentes, vocatio non eſt reſtricta ad ſolos filios immediatos, ſed valet amplecti etiam maſculos ex fœminis, dummodò ſint deſcendentes à Catherina, ut eſt
8 proprietas fideicommiſſorum, quæ ſine voto agnationis ad ſolam perpetuitatem ordinantur.

Unde poſito, quòd in prima parte fuerint invitati non ſolùm filii maſculi hæredis inſtitutæ, ſed etiam deſcendentes mediati, ſequitur in neceſſariam conſequentiam quòd in reciproca ſubſtitutione eorumdem filiorum, & filiorum filiorum maſculorum, ſint comprehenſi etiam deſcendentes ex fœminis, prout erant illi primo loco vocati, & quorum omnes qualitates teſtatorem repetere voluiſſe per dictionem illam, *eoſdemque*, quæ eſt relativa, & repetitiva præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, & identitatem denominat in omnibus, & per omnia, ut tradunt Gratian.*conſ.*99.*n* 88.*lib.*2. Menoch.*de præſumpt.lib.*4.*præſumpt.*
9 173.*nu.*20.Barboſ.*de diction.uſufrequent.dict.*99.*num.*1.*& per tot.* Torr.*de Primogen.Ital.tom.*2. *qu.*36. *n.*21. Surd.*dec.*125. *num.*1.

Sicque ex præmiſſis noſtra quæſtio non verſatur in terminis inſtitutionis conceptæ; per verba taxativa in filiis maſculis hæredis inſtituti, & ſubſtitutionis dictionibus relativis conſimiliter ordinatæ; ſed ſumus in themate, in quo teſtator vocavit quidem filios maſculos immediatos hæredis, ſed cùm verbis importantibus comprehenſionem ulteriorum deſcendentium, ſicque primordialiter in deſcendentium inſtitutione, ſub qua certo certiùs ſecluſis conjecturis efficacibus intrat conſil. Fulgoſ. 85. juxta ea, quæ tradit Gaſtald.*conſult.*117.*n.*1. Torr.*de Primog.Ital.tom.*2.*cap.*25.*§.* 24.*n.*266.*& ſeqq.& de* Luca *de fideic.diſ.*24.*n.*5.*&* 14. Idque patentiùs in caſu, in quo teſtator non ſubſtituit filios filiorum maſculorum, ſed ſolos filios maſculos filiorum, à quo rectè elicitur non requiſiviſſe in progenitoribus qualitatem maſculinitatis, dum ſimpliciter dixit *filiorum*, & incaleſcit 11
argumentum ſub eorum vocatione, ulteriores etiam deſcendentes voluiſſe comprehenſos.

Conjecturæ vero, quæ afferebantur pro receſſu à regula, erant nimis generales, & æquivocæ, ſicque nullius ponderis reputatæ fuerunt; nam temporanea excluſio fœminarum cùm dotis promiſſione, importat quidem prædilectionem ſexus maſculini cùm feminarum excluſione, ſed non influit in deſcendentes ex feminis habentes qualitatem maſculinitatis, ut advertunt Manſ.*conſ.*198.*n.*21.*& conſult.*1990.*nu.*15. & Rot *dec.*223.*nu.*14.coram Priol.*dec.*147.*nu.*12.*&* 13. coram 12
Carill.*dec.*37.*n.*12.*par.*13.*dec.*67.*n.*14 *&* 15.*& d.*274.*n.*7.*part.*18. *rec.*in Interamnen.fideicommiſſi 1.*Decembris* 1690.§. *neque ad aliquid*, *&* 14.*Januarii*, 1692. *§. prout neque*, coram R.P.D. meo Molines.

Eandemque ſolùm ſexus prædilectionem præfert repetita qualitas maſculinitatis, quia ſecluſo, ut hìc, voto agnatitio, repetita vocatio maſculorum non ſufficit ad excludendos maſculos ex femina, ut in puncto *Torr.de Primog.Ital.* 13
*tom.*1.*cap.*38.*§.*16.*n.*401 406.410.*& par* 2.*qu.*37. *nu.*12. *& ſeqq.* Bonden *collect.legat.*34.*n.*117.*nu.*119. *lib.*2. Altograd. Jun.*contr.* 40.*n.*10.Rota coram Cerr.*dec.*702.*n* 3.*& dec.*885.*nu.*6. Zarat. *dec.*31.*n.*8.*& in rec* 284.*n.*7.*par.*11.

Minoriſque relevantiæ erant vocatio legitimorum, prohibitio alienationis, & excluſio Fiſci; nam vocatio legitimorum nil concludit pro conſervatione agnationis, nec pro vocatione maſculorum ex maſculis, ut benè Palm. Nep. *alleg.*48.*num.*47.*& ſeqq.& alleg.*221.*n.*48. Prohibitio vero alie- 14
nandi, cum ſit veſtita ratione ſimplici, nec ullum habeat admixtum votum conſervandæ agnationis non reſtringit terminos fideicommiſſi; ſed ſubſequitur ipſam diſpoſitionem, eidemque famulatur, ut probat Manſ.*conſil.*199. *n.*18. *&* 298. *n.*15. *& bene* Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Ghi- 15
ſellis 24. Januarii 1685.*§.inefficax* coram Reverendiſſimo Ervault. Sicut demùm excluſio fiſci nil prodeſt vel pro aſtruenda conſervatione agnationis, aut ad inducendam vocationem maſculorum ex maſculis, ad ſenſum Camerat. 16
*reſponſ.*48.*n.*48.& Rota *dec.*200.*n.*8.coram Dunozet ſen.

Eaque omnia libentiùs procedunt, quia non ſolùm ſumus in diſpoſitione, in qua primordialiter vocata fuit femina, & deſcendentes ab ea, ſed in qua ulteriùs ipſæmet feminæ in ſubſidium vocatæ fuerint; in his namque terminis probabilis conjectura voluntatis teſtatoris deſumitur ex ipſa ſubſidiaria vocatione feminarum, quibus proindè præferendos eſſe, deficientibus maſculis ex maſculis, maſculos ipſos ex fœminis, quoties fideicommiſſum non eſt agnati- 17
tium, conſtanter defendit Torre *de primog.par.*1.*q.*25. *§.*24. *n.*266.*poſt med.& n.*268.& Larea *dec.Granaten.*34.*n.*34.*& in honeralibus probant* Caſanat.*conſ.*13.*n.*4.*&* 5.& Rot.*dec.*402.*n.*26. *& ſeqq.* ſignanter *n.*30.*part.*9.*& dec.*84.*n.*12 *part.*12.*rec.*

Et ita prætermiſſo objecto excluſionis Liviæ matris actorum, adhuc viventis, cùm ipſi veniant independenter ab ea, & ex propria perſona, reſolutum fuit utraque parte informante &c.

REVERENDISS. P. D. URSINO DECANO.

Romana Fideicommiſſi.

Veneris 28. *Januarii* 1697.

ARGUMENTUM.

Habetur ſupra in deciſione quæ per iſtam confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *SUi nomine filiorum comprehenduntur nepotes, ſi teſtator fecerit fideicommiſſum deſcenſivum, & cum verbis perpetuitatem importantibus.*
2 *Dictio* in perpetuum, *importat perpetuitatem quoad modum ſuccedendi, non verò multiplicat gravamina inter ipſas perſonas ſuccedere debentes.*
3 *Dictio* in perpetuum *pluries repetita, ſonat ac dictio* ſemper, & infinitum, *quæ omnes caſus omneſque Perſonas, & tempora complectitur, & pluralitatem involuit.*

4 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, de quibus fuit facta mentio ſub verbis habentibus tractum temporis*, ut in perpetuum, *& ſimilibus, quibus inducitur ſucceſſivum fideicommiſſum.*

5 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum; ſi teſtator adjecerit nomen patris, vel matris, aut dictiones denotantes immediatam generationem. Declara, ut* n. 6. & 7.

8 *Nepotes vel deſcendentes non veniunt appellatione filiorũ, quando teſtator diſcretivè loquutus fuit de filiis, & nepotibus.*

9 *Quoties tamen ex conjecturis conſtaret de voluntate diſponentis comprehendendi nepotes, diſcretiva locutio non urgeret.*

10 *Reciproca præſupponit præcedentem vocationem.*

11 *Quis non præſumitur gravatus, ſi non eſſet vocatus.*

12 *Appellatione deſcendentium maſculorum veniunt etiam maſculi deſcendentes ex fœminis.*

13 *Dictio* eoſdemque, *in omnibus, & per omnia præcedentes perſonas, & qualitates refert, & repetit.*

DECISIO LXVI.

INhærentes hodiè Domini reſolutis coram me ſub die 8. Martii preteriti, iterùmque fratribus de Georgiis agentibus ad bona fideicommiſſaria q. Petri Antonii Jannutii, immiſſionem dandam eſſe reſponderunt.

Vocatio namque dd. fratrum unicè in hoc judicio controverſa, denuò ſubſiſtere viſa fuit; cum enim præfatus teſtator in primo ordine ſubſtitutionis factæ poſt obitum Catharinæ hæredis univerſalis vocaverit ejuſdem filios natos, & naſcituros, & quidem per viam fideicommiſſi deſcenſivi, ac cum verbis perpetuitatem expreſsè importantibus, ut ex ipſo teſtamenti contextu reſultat, ibi, *In perpetuum, vulgariter, pupillariter, & per fideicom. ſuccedere debeant eius filii maſculi nati, & naſcituri*; bene infertur exindè, quod ſub nomine filiorum in propoſita facti ſpecie comprehendantur nepotes, ulterioreſque deſcendentes in infinitum, quemadmodum
1 pluribus authoritatibus ad id cumulatis, & ſingulas facti circumſtantias ſingularum perpendendo probat præcedens *Deciſio*, quę confirmatur, *§. Primum & ſeqq.*

Non obſtat, quòd dictio in perpetuum uti adiecta Catherinæ inſtitutæ operetur temporis diſtributionem, & perpetuitatem quoad modum ſuccedendi, & non amplius multiplicare poſſit gravamina inter ipſas perſonas ſuccedere
2 debentes, impropriando ſenſus, & verba, ad hoc ut filiorum appellatione, quę regulariter de ſolis filiis primi gradus prędicatur, nepotes, & ulteriores itidem veniant deſcendentes; quoniam cum ſuperiùs relata particula non ſemel, atque iterùm, ſed & tertiò in teſtamento Petri Antonii Jannutii repetita idem profectò ſonet, ac dictio ſemper, & in infinitum, quæ omnes caſus, omneſque perſonas, & tempora complectentia, pluralitatem involvunt, juxta notata per
3 Eug. *conſ.* 81. *n.* 27. *lib.* 1. Riminald. Jun. *conſ.* 23. *n.* 68. Rot. coram Merlin. *dec.* 460. *n.* 15. *in fin.* & in Romana Primogeniturarum de Maximis 9. Aprilis 1696. *Non obſtat*, coram R. P. D. meo Caprara: ratio non patitur, quòd reſtringatur ad perſonam ſolius Catharinæ inſtitutæ juxta ſenſum in objecto inculcatum, cui latitudo ſignificata, & proprietas ejuſdem dictionis non convenit, atque ideò indiſtinctè referri debet ad filios ſubſtitutos, inter quos fideicommiſſum regulariter extenditur uſque ad omnes deſcendentes, ut ad
4 propoſitum ſequitur Rota *in citata deciſ.* 460. *num.* 15. coram Merlino.

Sicuti ad ſubvertendam comprehenſionem nepotum, aliorumque deſcendentium ſub nomine filiorum non adverſatur, quòd teſtator illos vocaverit cum verbis reſtrictivis relativè ad Catharinam hæredem uti cauſam immediatam ob pronomen, *eiuſque*, primo gradu ſubſtitutionis inſertum, ibi, *Eius filii maſculi*, & inferiùs ob aliam particulam *ex*, ibi, *& in eventum in quem dicti maſculi nati, & naſcituri ex dicta Catharina*; nam data perpetuitate vocationis,
5 præiudicata verba coarctativa referuntur etiam ad cauſam mediatam, & remotam, nec vocationem reſtringunt ad filios primi gradus, Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 921. *num.* 16. Rota coram Bich. *dec.* 252. *num.* 20. *& dec.* 176. *num.* 22. coram Celſo quinimò dicuntur ſtare demonſtrativè, quia dum filii appellantur opus eſt de Primogenitoribus mentionem facere, ut dignoſcatur; de quibus deſcendentibus di-
7 ſponens intellexerit, Andreol. *contr.* 82. *n.* 18. Angel. Rodulf. *alleg.* 24. *num.* 16. Rota coram Merlin. *dec.* 206. *num.* 33. *& ſeqq.* & in Parmen. Beneficii 16. Februarii 1693. *§. Verùm Domini*, coram me.

Minùſque refert, quòd præmemoratus teſtator filios ab ipſis nepotibus contradiſtinxerit, dum de illis poſtea di-
8 ſcretivè loquutus fuit, ibi, *eoſdemque filios maſculos*. Etenim conſtito de voluntate diſponentis comprehendendi omnes deſcendentes ſub nomine filiorum, prout verè conſtat, quia verba teſtamenti, ibi, *in perpetuum, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſuccedere debeant eius filii maſculi nati, & naſcituri*, minimè poſſent in ſolis filiis primi gradus verificari; ſubſequens mentio nepotum cenſetur facta ad magis patefaciendum ſuper eo animum teſtatoris, & in illius confirmationem, & uberiorem certitudinem, ac ad ſubmovendum omne dubium, quòd circa id quomodolibet ſuboriri
potuiſſet; ideoque cum talis expreſsio utpotè ad maiorem 9
claritatem emiſſa ſuum operari valeat effectum remotionis dubii, non debet producere diverſum finem à volito per viam gradualis locutionis, nec vitio ſuperfluitatis redargui meretur, ad notata per Rot. coram ſa. me. Alexandro VIII *dec.* 244. *n.* 21. *et ſeq.*

Quinimò talis diſcretivus modus loquendi ſuperadditus fideicommiſſo reciproco, in eumdem ſenſum collimatur; de natura enim ſubſtitutionis pręmiſſæ eſt ſupponere præcedentem vocationem, cum nemo antea vocatus poſſit reciprocè, & viciſſim gravare. Undè cum teſtator in omnes deſcendentes reciprocam ſubſtitutionem ordinaverit, ne-
ceſſariò ſequitur, quòd ipſe pro certo haberet ſuam poſteri- 10
tatem maſculinam jam vocaſſe, quando priùs filios naſcituros in perpetuum ſubſtituit; alioquin cùm filiis Catharinæ antecedenter vocatis alios deſcendentes nunquam
honoratos ad invicem gravaſſet, contra vulgatam regulam 11
de qua Text. *in l. Ab eo Cod. de fideic.* Cyriac. *controv.* 303. *nu.* 46. Rot. *dec.* 168. *n.* 22. *p.* 17. *rec.*

Quamobrem vocatio fratrum actorum ſtatim reſultat, quòd quia cùm ipſi à Catherina inſtituta deſcendant per medium Liviæ Neptis, ex Eugenio filio ſupradictæ Catharinæ hæredis, dicuntur comprehenſi in hoc fideicommiſſo maſculino, non tamen agnatitio, neque pro ſolis maſculis ex maſculis ordinato, cum appellatione deſcendentium maſculorum veniant etiam maſculi deſcendentes ex fœminis juxta *conſ.* 85. Fulgoſ. paſſim in hoc ſac. Tribunali receptum, ut præter adductos in ſuperiori deciſione firmatum
fuit in Fanen *fideicomm.* 4. *Martii* 1689. coram Eminentiſſimo 12
Mediolanen. & in Romana tranſactionis 15. Novembris 1594. nè demùm conſtat, coram bo. me. Emerix.

Neque ad impediendam præfatis actoribus immiſſionem iuvat repetere, quòd teſtator in ſubſtitutis qualitatem maſculinitatis reduplicativè exoptaverit, tam ſcilicet reſpectu generati, quàm generantis, ex quo in fideicommiſſo reciproco vocando filios maſculos illorum quos ſupra cum eademmet qualitate ſubſtituerat, expreſſè voluit, ut non niſi maſculi ex maſculis ad ſucceſſionem admitterentur; ſiquidem cùm in priori parte nomen filiorum ſit omnium deſcendentium complexivum, & in eo maſculi etiam ex fœminis tamquam omnibus qualitatibus pollentes contineantur iuxta ſuperiùs deducta, neceſsariò ſequitur, quòd pariter in reciproca ſubſtitutione ſint comprehenſi deſcendentes ex fœminis propter dictionem illam *eoſdem*, quæ in
omnibus, & per omnia pręcedentes perſonas, & qualita- 13
tes refert, & repetit, quemadmodum objecto ſatisfacit prior *Deciſio* 1. *haud reſiſtente, & ſeq.*

Atque ita cæteris prætermiſſis, quibus ſatis reſpondet eadem antecedens deciſio, reſolutum fuit utraque parte audita.

R. P. D. RONDININO.

Aſculana Fideicommiſſi, & donationis.

Veneris 21. *Junii* 1686.

ARGUMENTUM.

Teſtator vocando hæredes, & ſucceſſores, non tantùm primi, ſed omnes in infinitum comprehenduntur, & nedum hæredes ſanguinis, ſed quoque bonorum admittuntur: & licèt ſoleat limitari in diſpoſitione facta ab aſcendente, attamen ubi agatur de ſubſtitutione vulgari, vel quando hæredes ſanguinis ampliùs non exiſtunt regula prædicta locum etiam obtinet in diſpoſitione aſcendentis in ampliationem *diſc.* 144. *& diſc.* 145. Card. de Luca de Fideicommiſſis.

SUMMARIUM.

1 *APpellatione hæredum, & ſucceſſorum, non primi tantùm, ſed omnes in infinitum comprehenduntur.*

2 *Per prædeceſſum ſubſtituti cæteræ ſubſtitutiones caducantur.*

3 *Collectivis verbis vocati dicuntur ſubſtituti per vulgarem.*

4 *Sub-*

4 *Subſtitutio vulgaris operatur, ut caducato uno gradu ſubſtitutus ſubingrediatur in locum illius.*

5 *Appellatione hæredum, & ſucceſſorum veniunt tam hæredes ſanguinis quàm bonorum.*

6 *Limitatur in diſpoſitione aſcendentis,*

7 *Declara limitationem, ut ea vera ſit in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſecus in vulgari.*

8 *Si ſubſtitutio explicata fuerit ſub commemoratione mortis, dicitur compendioſa includens etiam fideicommiſſariam.*

9 *Subſtituti poſt mortem hæredis cenſentur ſubſtituti non ſolum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſum; hæredes autem ſubſtitutorum cenſentur per vulgarem non per fideicommiſſum vocati.*

10 *Verbum* liberè *in ſubſtitutione appoſitum, ex propria ſignificatione abſolutam facultatem diſponendi in ſucceſſore importat.*

11 *Verbum in fine orationis poſitum omnia reſpicit, & pariformiter determinat.*

12 *Appellatione hæredum, & ſucceſſorum etiam in fideicommiſſo aſcendentis comprehenduntur hæredes bonorum, ſi ampliùs deſcendentes non exiſtant.*

13 *Traditur hujus concluſionis ratio.*

DECISIO LXVII.

IMmiſſionem vigore *l. fin. Cod. de Dict. div. Adr.* à Joſepho, & Carolo de Cautis petitam ad bona hæreditaria Paſqualis Clannavei, hodie Rota concedendam eſſe reſpondit ob verificationem omnium requiſitorum in hoc ſummario Judicio verificandorum.

Suppoſita enim prò nunc identitate bonorum ante executionem ſpecificandorum, exiſtentia fideicommiſſi clara apparet ex lectura teſtamenti d. Paſqualis, qui inſtituendo hæredem univerſalem Magdalenam Uxorem, ei quandocumque decedenti ſubſtituit Joannem Baptiſtam filium, ejuſque hæredes, & ſucceſſores liberè. Purificatio autem talis ſubſtitutionis favore actorum reſultat ex eo quia in ipſis verificatur qualitas hæreditaria d. Joannis Baptiſtæ filii defuncti, & in jure favet regula, quòd appellatione hę-
1 redum, ſucceſſorum, non primi tantùm, ſed omnes in infinitum comprehenduntur, per *Text. in l. hæredis ff. de verb. ſignific. l. qui ſucceſſionem ff. de reg. jur. & in l. fin. ſub §. 1. Cod. de hæred. inſtit.* Bart. *in l. Gallus §. etiamſi Parente n.* 7. *ff. de liber. & poſth.* Rot. coram Coccin. *dec.* 1788. *n.* 55.

Parùm relevante quòd Jo. Baptiſta filius ſubſtitutus prædeceſſerit Magdalenæ uxori hæredi inſtitutæ, ex quo fi-
2 deicommiſſi caducatio deſumebatur per *Text. in l. unic. Cod. de caduc. tollen.* cùm enim ſubſtitutio comprehenderet non ſolùm d. Joannem Baptiſtam, ſed etiam ejus hæredes, & quidem per vulgarem explicitam mediantibus collectivis verbis, ibi, *Eique quandocumque decedenti ſubſtituit Joannem Baptiſtam filium, ejuſque hæredes, & ſucceſſores liberè*, juxta theoricam Cuman. *in l. cum ita §. in fidei-*
3 *commiſſo num.* 4. *ff. de legat.* 1. de qua Surd. *conſ.* 346. *num.* 11. Rot. coram Ludoviſ. *d.* 207. *num.* 1. ubi *Adden. num.* 9. per præmorientiam unius non caducatum, ſed favore aliorum ſubſtitutorum purificatum fuit fideicommiſſum, ut omiſ-
4 ſis generalibus, in his terminis tradit Peregr. *de fideicom. art.* 32. *num.* 30 *& dec.* Patavin. *dec.* 101. *num.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 339. *num.* 11.

Nec ad excluſionem actorum admittenda videbatur interpretatio, quam ſuper dd. verbis *hæredes, & ſucceſſores* proponebant informantes prò Fileſio, quòd ſcilicèt illa comprehenderent ſolùm hæredes, & ſucceſſores ſanguinis, non autem ſimplices hæredes bonorum, quales ſunt Cauti reſpectu Joannis Baptiſtæ; ſuppoſita enim communi, & recepta regula, quòd ex vera, & legali intelligentia dd. verba *hæredes, & ſucceſſores* non ſolùm qualificatos hæredes ſanguinis, ſed etiam ſimplices ſucceſſores bonorum etiam
5 extraneos comprehendant, ita diſponente *Text. in l. annalibus Cod. de Legat.* Rot. coram Buratt. *dec.* 596. *num.* 3. & coram Merlin. *d.* 145. *n.* 2.

Illius limitationem non ſuaſit qualitas Paſqualis teſtatoris, qui cum reſpectu Joannis Baptiſtæ filii eſſet non ſolùm coniuncta, ſed coniunctiſſima perſona, arguebatur ſub nomine hæredum, & ſucceſſorum iſtius vocare voluiſſe non quoſcumque extraneos, ſed ſolos hæredes ſanguinis, ad quos aſcendentis teſtatoris affectio naturali iure, & civili præſumptione prætendebatur. Licèt enim talem circumſtantiam diſpoſitionis factæ à coniuncta, & aſcendente Perſona, ad hunc effectum includendi ſolos hæredes ſanguinis, conſiderent, & approbent plures, & quidem
gravis authoritatis Doctores, præſertim Bart. *conſ.* 267. *lib.* 6
5. Soccin. ſen. *conſ.* 158. *nu.* 1. *lib.* 2. *cum aliis relatis per* Rot. *dec.* 171. *n.* 15. *p.* 12. *& dec.* 345. *n.* 13. *par.* 19. *rec.*

Nihilominùs admiſſa etiam veritate d. limitationis, illam ex facti circumſtantiis præſenti controverſiæ inapplicabilem DD. cenſuerunt, animadvertentes, quòd ſubſtitutio hæredum, & ſucceſſorum Jo. Baptiſtæ non eſt fideicommiſſaria, nec explicata ſub ſolita conditione, ſi ſine filiis, quam plerique ex Doctoribus præallegatis conſiderant ad arguendam teſtatoris voluntatem erga deſcendentes propenſam, & vocationis hæredum ſanguinis tantùm; ſed eſt mera, & ſimplex vulgaris purificabilis ſolùm favore hæredum, in quantum Jo. Baptiſta filius primò nominatus hæreditatem noluerit, vel non potuerit adire, in quibus terminis non ſolùm non repugnat, ſed adæquatè congruit, quòd hæredes, & ſucceſſores vulgariter ſubſtituti
intelligantur etiam extranei, non autem ſoli hæredes ſan- 7
guinis, ut ex doctrina Bart. *in l. Pater filium §. pen. ff. de legat.* 3. tradit Peregr. *de fideic. art.* 32. *n.* 30. 33. *&* 34. *ver. Primus eſt, & in dec.* Patavin 101. *per tot.*

Non attento, quòd d. ſubſtitutio explicata fuerit ſub
commemoratione mortis, & per verbum *quandocumque*, 8
ideoque importet compendioſam includentem etiam fideicommiſſariam.

Ex ſerie quippè verborum apparet, compendioſè quidem vocatum fuiſſe Joannem Baptiſtam primò ſubſtitutum; unde non tantùm reſultat, quòd iſte ſubinde gravatus fuerit favore ſuorum hæredum, & ſucceſſorum; quinimò iſti per ſimplicem vulgarem ſubſtituti leguntur, itaut ſi Jo. Baptiſta primò vocatus ſucceſſiſſet, ſubſtitutio hæredum, & ſucceſſorum penitùs evanuiſſet, & potuiſſet ipſe de bonis Paſ-
qualis ad libitum diſponere, ut aliis omiſſis in ſimili caſu 9
reſpondit Rot. coram Ubald. *dec.* 33. *nu.* 6. & coram Merlin. *dec.* 145. *n.* 4. *& ſeqq.*

Ad quod etiam confert verbum *liberè* in d. ſubſtitutione appoſitum, quod ex propria ſignificatione abſolutam facultatem diſponendi in ſucceſſore importat, Soccin. ſen.
conſ. 13. *in fin. lib.* 1. Menoch. *conſ.* 640. *num.* 3. *&* 4. & appoſitum 10
poſt vocationem Joannis Baptiſtæ, & hæredum, ad utroſque æqualiter refertur, ex regula *Text. in l. jam hoc jure, &*
in l. lucius ff. de vulgar. quem refert Rot. coram Coccin. *deciſ.* 11
2121. *n.* 66.

Validiorem autem circumſtantiam ad incluſionem hæredum extraneorum DD. deſumebant ex eo, quòd tempore conditi teſtamenti non ſolùm Joan. Baptiſta filius ad propugnandam deſcendentiam aptus erat, ſed etiam tres aliæ filiæ teſtatoris; cùm autem tempore apertæ ſubſtitutionis per obitum Magdalenæ Uxoris, nec ampliùs d. Jo. Baptiſta ſuperviveret, nec ullus ex ipſo filius progenitus fuiſſe, etiam omnes filiæ teſtatoris prædeceſſiſſent, itaut nullus proximus hæres ſanguinis adeſſet, ad quem teſtatoris affectio inclinare potuiſſet, iuremerito in iſtorum defectum ſimplices ſucceſſores bonorum admitti merentur etiam ex præſumpta, & veriſimili mente teſtatoris, qui licèt in concurſu hæredes ſanguinis prædilexiſse cenſeatur, & per prius admiſiſſe, per poſterius tamen etiam extraneos
hæredes non reiecisſe præſumitur iuxta doctrinam Angel. 12
de Peruſ. *in conſ.* 306. *in fin. tranſcripto, & approbato per* Alex. *in conſ.* 36. *per tot. l.* 3. Jaſ. *in l. Gallus §. etiamſi Parentè num.* 33. ubi
quòd opinio Angeli magis communiter approbatur, Fuſar. 13
de ſubſt. qu. 339. *n.* 52. Peregr. *de fideic. art.* 32. *n.* 40. *in fin.* Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 14. *n.* 8.

Duplici quidem iuridicæ rationis fundamento. Prima ſcilicet, quia in tantùm Doctores recedentes à communi, & ampla intelligentia verbi hæredis, illam reſtringunt ad ſolos hæredes ſanguinis, in quantum illis magis præſumunt propenſam teſtatoris voluntatem à naturali coniunctione inclinatam: undè ſi dd. hæredes ſanguinis deficiant, & deficiat etiam per conſequens præſumpta erga illos affectio, deficere etiam neceſſe eſt limitativa intelligentia verbi hęredum, quòd ideò reaſſumendo propriam naturam, etiam extraneos ſucceſſores comprehendit, ex ſuperiùs deductis. Secunda autem, quia ſi admitteretur quòd d. diſpoſitio ſolos heredes ſanguinis indefinitè comprehenderet, remaneret utique in hoc caſu per illorum defectum prorsùs vana; & inutilis, ad quod evitandum communiter admittunt Doctores, quòd ſub nomine hęredum etiam extranei ſucceſſores admittantur, Fuſar. *d. qu.* 339. *n.* 14. & 42.

Et ita &c.

R. P. D.

R. P. D. RONDININO.

Aſculana Fideicommiſſi, & Donationis.

Veneris 6. Junii 1687.

ARGUMENTUM.

Non eſt opus adnotare argumentum, cum illud ſit in alia deciſione per iſtam confirmata.

SUMMARIUM.

1 *IN fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus, appellatione hæredum, & ſucceſſorum veniunt etiam hæredes extranei.*
2 *Limitatur in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus ordinatis ab aſcendentibus, in quibus intelliguntur ſoli hæredes ſanguinis.*
3 *Limitatur quoque, quando vocantur hæredes ſubſequutivè ad mentionem filiorum, & concurrunt conjectura.*
4 *Etiam in fideicommiſſis aſcendentium appellatione hæredum veniunt hæredes extranei, ſi hæredes ſanguinis non concurrant, & non fuerunt vocati,* & n. 5.
6 *Inveriſimile eſt, quòd teſtator qui deſcendentes habebat ad extraneos reſpicere voluerit.*
7 *Quoties de tempore apertæ ſucceſſionis nullus deſcendens reperitur, præſumitur, quòd teſtator voluerit in defectum deſcendentium vocare hæredes extraneos.*
8 *Nomine hæredum ſanguinis veniunt tantummodò deſcendentes.*
9 *Ex conſuetudine loquendi teſtatoris poteſt deprehendi aliquod ſub nomine hæredum, cum voluerit tantùm vocare deſcendentes, ut* n. 10.
11 *Non valet illatio de ſubſtitutione in caſum delicti ad illam in caſum obitus.*
12 *Ex ſtatuto Aſculano mater excluditur in hæreditate filii exiſtentibus ſororibus.*
13 *Fideicommiſſum quando caducatur, bona remanent libera apud hæredes.*
14 *Creditum illiquidum eſt ineptum pro retentione.*
15 *Matris in bonis filiorum debetur legitima.*
16 *Legitima non dicitur in donatione facta per Matrem comprehenſa, cum non præſumatur fuiſſe conſideratus prædeceſſus filii.*
17 *Non eſt prohibita donatio legitimæ acquirendæ.*

DECISIO LXVIII.

1 LIcèt recepta videatur limitatio regulę deductę *ex l. in Annalibus, C. de legatis, & ex l. Pater filium §. penultimo, ff. de legat. 3.* quòd nempè in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus ordinatis ab Aſcendentibus, appellatione hęredum, & ſucceſſorum ratione præſumptę affectionis, intelligantur
2 ſoli hęredes ſanguinis, *l. ex facto §. fin. ff. ad S.C. Trebell.* Bald. *conſ. 267. n. 1. & 2. vol. 5.* Bart. *conſ. 110. n. 48. & ſeqq. vol. 2* Soccin. *Jun. conſil. 158. nu. 10. lib. 2.* Menoch. *conſil. 958. num. 8.* Simon. de Pręt. *de interp. ultim. volunt. fol. 197. n. 17.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 14. n. 13.* Fuſar. *de ſubſtitut. qu. 339. n. 63.* Rota *dec. 216. n. 1. & dec. 269. n. 4. par. 5. & dec. 345. n. 13. par. 19. recent.* & coram Eminentiſs. Cerro *dec. 513. n. 1. & 5.* vel quando vocantur hęredes ſubſequuti ad mentionem filiorum, & concurrunt
3 coniecturę, Bald. *conſ. 325. n. 1. lib. 4.* Actolin. *reſol. 40. num. 35.* Cardin. de Luc. *de fideicommiſſ. diſ. 145. num. 5.* Rot. *dec. 67. nu. 5. par. 13. & dicta dec. 345. n. 14. & 15. par. 19. recent.* & coram Priol. *dec. 341. n. 8.*

Attamen Domini cenſuerunt, confirmandam eſſe deciſionem coram me editam 21. Junii anni pręteriti, & dandam eſſe immiſſionem ad bona hęreditaria Paſchalis Joſepho, & Carolo de Cautis extraneis hęredibus Joan. Baptiſtæ Ciannavei, quem ipſe Paſqualis Magdalenę Fileſię Uxori univerſaliter inſtitutę ſubſtituit, eiuſque hęredes, & ſucceſſores.

Quamvis enim Domini in pręſenti propoſitione diſtinctionem allatam in pręterita reſolutione inter ſubſtitutionem fideicommiſariam, & vulgarem, de qua per Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 32. n. 30. & n. 33. & 34. verſ. primus eſt, & in dec. Patav. 101. per tot.* Rota coram Merlino *dec. 145. per totam*, iterùm non fuerint aggreſſi; exiſtimarunt tamen, quòd cùm de tempore purificatę ſubſtitutionis non concurrerent filię, aut alii deſcendentes teſtatoris, nec conſiderari poſſet abſurdum quòd extranei hęredes viderentur à teſtatore prędilecti propriis filiis, & deſcendentibus; illis non extantibus extranei hęredes admittantur, Angel. *conſil.*
4 *306. in fine* Alexand. *conſil. 36. per tot. l. 3.* Jaſon. *in l. Gallus §. Etiamſi Parente n. 33.* Alciat. *conſ. 491. n. 3. juxta impreſſ.* Lugdun. Soccin. *jun. conſil. 158. num. 19. lib. 2.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 130. n. 20.* Bary *de ſucceſſ. lib. 8. tit. 7. n. 32. verſ. ſimiliter cum teſtator,* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 32. n. 19. & 40. in fine,* Fuſar. *de ſubſtitut. dicta qu. 329. n. 52.* Mantica *de conjectur. lib. 8. tit. 14. n. 8. de* Marin. *reſol. 2. cap. 189. n. 14.* Adden. *ad dec 523. num. 120. par. 14. tom. 3. recent.* Rota coram Eminentiſs. Otthobon. *dec. 10. num. 22.*

Ceſſat enim ratio à DD. conſiderata prò limitatione regulę, & excluſione extraneorum ad effectum includendi deſcendentes teſtatoris, in quibus terminis intrat pręſumptio affectionis, & inveriſimilitudo, quod teſtator voluerit ſubſtituere extraneos poſtpoſitis propriis deſcendentibus; non autem quando (ut in pręſenti) deſcendentes teſtatoris, nempè ſorores Joannis Baptiſtę, quę ſunt hęredes bonorum, non ſanguinis, non reperiuntur vocatę, & reſtrictio ſubſtitutionis ad ſolos hęredes ſanguinis, operaretur tantum caducationem fideicommiſſi favore uxoris hęredis primo inſtitutę; tunc enim amplius non militat ratio præſumptæ affectionis, & probabilis voluntas, quod præferantur deſcendentes; ſed verbum hęredes remanet in ſua lata ſignificatione, & complectitur tam hæredes ſanguinis, quàm extraneos, ut benè Riminald. *Jun. conſ.*
252. num. 76. & plur. ſeqq. ubi ità explicat doctrinam *Angeli, & cæterorum,* & diſtinguit Peregr. *de fideicomm. art. 32.* 5
num. 20. in fine.

Coniecturę vero allatæ pro Fileſio, parum urgere viſæ ſunt ad probandum, quod teſtator in tota eius diſpoſitione reſpexerit ad iura ſanguinis; & quidem prima ex eo deſumpta, quod teſtator de tempore conditi teſtamenti haberet proprias filias, undè inveriſimile ſit, quod voluerit ſuccedere hæredes extraneos Joan. Baptiſtæ ad excluſionem propriæ ſobolis, & filiarum, quas ſuppoſuit in ſæculo nupturas ex proviſione dotium eis relictarum, Bald.
conſil. 283. num. 2. verſ. ſed ſi ulteriùs, uſque ad fin. lib. 2. Alex. 6
conſil. 36. num. 13. lib. 3. Ruſtic. *in l. cum Avus lib. 3. cap. 30. num. 10. ff. de condit. & demonſtrat.* Caſtill. *controverſ. l. 5. cap. 96. n. 18.* nihil operari poteſt, tum quia cum de tempore apertæ ſucceſſionis nulla ex dd. filiabus teſtatoris concurreret, itaut nullus hæres ſanguinis adeſſet, ad quem teſtator affectionem habere potuiſſet, & qui excludere poſſet hęredes
extraneos; pręſumendum eſt, teſtatorem in illarum de- 7
fectum de hęredibus etiam extraneis intellexiſſe; tum etiam quia non ſolum teſtator incępit à perſona extranea, nempè uxore, quam hęredem inſtituit, & vocavit non ſolum hęredes Joan. Baptiſtę, ſed etiam ſucceſſores, & quod magis eſt, liberè: verùm etiam nec filias in caſum obitus Joan. Baptiſtę invitavit, nec illas potuit comprehendere nomine hęredum, & ſucceſſorum eiuſdem Joan. Baptiſtę, quatenus ſupponendum ſit ſe reſtrinxiſſe ad hęredes ſanguinis; nam hoc nomine veniunt deſcendentes dumtaxat, non au-
tem fratres aut ſorores hęredis ſubſtituti, ad notata per *DD.* 8
in l. cum Avus ff. de condit. & demonſtr. ubi Soccin. *n. 8.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 32. n. 84. in fine.*

Secunda elicita ex conſuetudine loquendi teſtatoris, qui in alia parte teſtamenti appellatione hęredum ſupponitur ſenſiſſe de hęredibus ſanguinis, ideoque dicendum ſit, quod eadem verba in eodem ſenſu, & ſignificatione acceperit
etiam in prima parte teſtamenti, per *Text. in l. ſi ſervus plu-* 9
rium 53 ff. de legat. 1. Rota *dec. 98. n. 19 part. 17. & dec. 184. n. 28. part. 18. rec.* & in his terminis Soccin. *Jun. conſil 57. num. 5. lib. 3.* Fuſar. *de ſubſtitut. qu. 339. nu. 37.* ceſſat in facto. Non etiam quando teſtator voluit, quod fructus medio tempore percepti remanerent penes filias ſubſtitutas in caſu delicti, illas appellavit hęredes, quod facere non potuit, cum tales non eſſent, ſed ſimpliciter dixit, *Remaneant dictis ſororibus ſuc-*
ceſſoribus, Summario nu. 1. Imo cum *Text. & DD. allegati,* lo- 10
quantur in caſu, quo teſtator inſtituendo filium, ei ſine hęrede deficienti ſubſtituit aliquem, & eius hęredes, & ideo arguant, quod ſicuti quoad filium verbum hęredes comprehendit ſolum deſcendentes, ita etiam reſpectu ſubſtituti idem dicendum ſit; manifeſtum eſt, nihil inferri poſſe ad caſum noſtrum longè diverſum, in quo ſorores in caſu delicti ſubſtitutę reſpectu Joan. Baptiſtę, non ſunt hęredes ſanguinis. Neque valet illatio de ſubſtitutione in caſum delicti, ad illam in caſum obitus, Rota coram Eminentiſs. Otthobono *deciſ. 358. per tot.* & coram Dunoz. *Jun. dec. 371. n. 2.* & coram Peutinger. *dec. 43. n. 9. & dec. 238. n. 2. par. 15. & dec. 341. n. 15. part. 19.*

Tertia demum coniectura, quod decedente ſine deſcendentibus Joan. Baptiſta ante obitum matris, hęc illi ab inteſtato ſucceſſiſſet, & gravata eſſet ſibi reſtituere, quod videtur abſurdum, adeout dicendum ſit, teſtatorem ſub nomi-

nomine hęredum Joan. Baptiſtę voluiſſe invitare ſolos hęredes ſanguinis; non obſtat, quia ſuppoſito etiam hujuſmodi caſu ſucceſſionis matris, quę tamen ab inteſtato excluditur
12 per ſorores, ex diſpoſitione *Statuti Aſcul. rubr. 6. lib. 1.* & poſito, quod mater excluſis, vel deficientibus ſororibus, filio ſucceſſiſſet, nullum conſiderari poteſt abſurdum, nec mater fuiſſet ſibi gravata reſtituere, cùm non eſſet purificata conditio, quę eſt appoſita ipſi deficienti, ſed fideicommiſſum uti caducum remanſiſſet liberè penes illius hę-
13 redes, *l. unic. Cod. de caduc. tollen.*

Poſita purificatione fideicommiſſi Paſchalis favore Fratrum de Cautis, detractiones, pro quibus bona fideicommiſſaria retinere contendit Fileſius, uti hęres Magdalenę uxoris prędicti Paſchalis fideicommittentis, DD. viſę ſunt inefficaces ad impediendum Immiſſionem; nam quoad dotem eiuſdem Magdalenę in ſcutis 750. cùm Fileſius per decem annos poſt motam litem poſſederit bona hęreditaria Paſchalis ſubiecta fideicommiſſo, & fructus perceperit, pręſumitur ex iiſdem de credito prędictę dotis ſatisfactus, aut ſaltem idem creditum tamquam illiquidum non eſt ſufficiens pro retentione, nec aptum ad impediendam Immiſ-
14 ſionem debitam fideicommiſſario, ad tradita per Rotam *dec. 487. n. 14. par 18. tom. 2. rec.*

Detractio vero pro legitima debita Magdalenę in bonis
15 Joan. Baptiſtę, & filiarum, iuxta diſpoſitionem *l. nam etſi parentibus 15. ff. de inoffic. teſtamen.* quam dicit Fileſius non fuiſſe comprehenſam in univerſali donatione per eamdem Magdalenam facta Emigdię, & Theodoſię filiabus ſuperſtitibus, quarum hęredes ſunt fratres de Cautis, ea ratione, quod credi non poſſit à donatrice conſideratus caſus prædeceſ-
16 ſus filiarum, juxta firmata per Rotam in Romana donationis 26. Junii 1680. *§. Nec poteſt,* & 9. Decembris, *§. Alia autem,* coram Eminentiſſimo Cardinali Vicecomite, non eſt attendenda, ex quo illius jura tranſierint in eoſdem fideicommiſſarios, qui ſunt hæredes Emigdię, & Theodoſię, vigore ſupradictę donationis, per quam transferuntur in eoſdem hęredes, ibi: *Omnia Jura, &c. acquiſita, & acquirenda, ex legitimis filiorum, & filiarum, mortuorum, & reſpectivè moriendarum, Summario Fileſi, n. 1.* quę verba non aderant in donatione, de qua agebatur *in dicta cauſa Romana donationis,* coram Eminentiſſimo Vicecomite. Nam nil prohibet expreſſam donationem, & renuntiationem legitimę etiam acquirendæ, Text. *eſt in l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoffic. Teſtamen.*

Demùm, pro legato ſcutorum 2000. relicto ab Emigdia pro erectione duarum Cappellaniarum cùm Jurepatronatus ad favorem Fileſii, illi non eſt concedenda retentio; quia adimplementum huius Legati non ſpectat ad Fileſium, qui non eſt hæres Joan. Baptiſtæ, nec Emigdiæ, ſed ad Fratres de Cautis, qui ſunt hæredes, & ad ſolutionem, & executionem Legatorum tenentur, & contra quos reſtituta hæreditate agere poterit Fileſius pro fundatione, propter intereſſe, quod in illa habet ratione Jurispatronatus, ab Emigdia eidem relicti, de quibus agendum erit in ſuo opportuno Judicio, cùm non ſint præſentis inſpectionis.

Et ita utraque Parte Informante, &c.

R. P. D. BENINCASA.

Maceraten. Fideicommiſſi.

Merc. 10. Martii 1687.

ARGUMENTUM.

Hęredum nomen nedum inſtitutos, ſed etiam deſcendentes, comprehendit, ſi inſtituti ſatis expreſſi fuerint, cum verbo -- figli -- & ſi filii per compendioſam extiterint vocati, nomen hęredum non tantùm primos, ſed ulteriores quoque invitat deſcendentes.

SUMMARIUM.

1 *SUbſtitutio concepta cum conditione, ſi ſine Filiis deceſſerit, evaneſcit per Filiorum ſuperviventiam.*
2 *Sub inteſtata ſucceſſione Hæredis gravati, non veniunt bona fideicommiſſo obnoxia.*
3 *Hæredum nomen comprehendit nedum Inſtituto, ſed etiam deſcendentes, ſi primi Inſtituti ſatis expreſſi fuerint cum verbo -- figli.*
4 *Nomen hæredum ne dum primos, ſed ulteriores comprehendit deſcendentes, ſi filii per compendioſam ſubſtitutionem fuerint vocati.*
5 *Nomen hæredũ congruit omnibus per fideicõmiſſum ſubſtitutis.*
6 *In materia fideicommiſſaria, appellatione hæredum veniunt nepotes, & deſcendentes, & n. 7.*
8 *Verbum -- ſupranominati -- denotat Teſtatorem intellexiſſe de Perſonis, quas proprio nomine ſuprà expreſſit, & quæ oculis corporis legi poſſunt.*
9 *Verius tamen eſt, quod d. verbum, uti genericum, ſub ſe complectatur plures nominatorum ſpecies, eorum ſcilicèt, qui vel nomine proprio, vel appellativo, ſeù collectivo, deſignantur.*
10 *Ubi nomen generale ponitur, ad omnia appellativa extendi debet.*
11 *Verba non in proprio ſignificatu, ſed impropriè accepta in una parte Teſtamenti, in eodem intellectu ſunt accipienda in altera parte.*
12 *Quando filiorum nomine veniant nepotes.*
13 *Diſcretivus loquendi modus in eademmet diſpoſitionis parte, de cuius interpretatione agitur, urgere plurimum dicitur, & alteri de Jure prævalet, & n. 14.*
15 *Filiorum nomine veniunt nepotes, quando præcedentibus Patribus cum filiis eſſent admittendi ad avitam ſucceſſionem.*
16 *Pluralis numerus ad unum referri non valet.*
19 *Aliquando tamen verificatur, declara, ut n. 20.*

DECISIO LXIX.

DUabus coram me editis Deciſionibus in hac cauſa, & ad trutinam revocatis ſub diebus 20. Martii, 5. Maii, & 20. Junii anni præteriti, cùm propter diſcrepantiam votorum nulla prodiiſſet reſolutio, quamvis ultrà quatuor priora ſuffragia, quintum, & ſextum acceſſiſſent; hodiè tandem, dùm ad iteratam ejuſdem repropoſitionem deveni novo ordine ſuperaddito, quòd omnium DD. votum exquirerem, receſſum fuit à deciſis.

Præmiſſo namque, quòd pro conſervanda agnatione de Ridolphinis, enixè à teſtatore deſiderata, filii non ſolùm primi gradus, ſed cæteri ab eo deſcendentes maſculi vocati fuerant, & uſque in infinitum gravati illud reſtituere tranſverſalibus, prò comperto habitum fuit, quòd ſubſequentia verba poſtremæ ipſorum ſubſtitutioni adjecta -- *Caſo, che dd. ſuoi Figlioli, & Eredi ſopranominati moriſſero ſenza figli* -- paſſivè referri non poſſint ad ſolos filios teſtatoris immediatos, quaſi per obitum primo inſtitutorum cum liberis, evanuerit hæc ultima ſubſtitutorum vocatio, *ut ex vulgari conſ.* Oldr. 21. *tenuit,* Rot. *in præcedentibus deciſionibus;* ſed indiſtinctè intelligi debeant etiam de filiis ulterioris gradus, & ſic de Cæſare teſtatoris nepote, nuper ſine prole defuncto, ſub inteſtata cujus ſucceſſione comprehendi ideo non poſſunt controverſa bona, quæ tranſverſalibus per Fideicommiſſum veniunt reſtituenda, *l. ſequens quæſtio, l. unum ex familia, §. ſi de Falcidia, ff. de legat. 2* Rot. *dec. 68. n. 8. par. 14. rec. & dec. 350. n. 1.* coram Bich.

Quod autem prædicta verba -- *Et Eredi ſopranominati,* intelligenda ſint de nepotibus, ſivè ulterioris gradus deſcendentibus, apertè deprehenditur ex eo non ſolùm, quod primi teſtatoris filii ſatis fuerant expreſſi cum præcedenti relatione -- *Caſo, che dd. Figli* -- ſed fortiùs, quia cùm fuerint ipſi ad ſucceſſionem invitati per compendioſam ſubſtitutionem continentem ſub ſe nedum vulgarem, verum etiam fideicommiſſariam, vigore cujus cum ſinguli deſcendentes ſucceſſivè dicantur hæredes deſignati, benè illis congruunt recenſita verba -- *& Eredi ſopranominati* - quidquid dicendum foret in ſimplici Vulgari, qua deficiente per aditionem primo inſtitutorum, fideicommiſſum non ab aliis hæredibus præſumeretur relictum, quàm à filiis primo loco vocatis, ut diſtinguendo tradunt Pariſ. *conſ. 7. ex n. 27. lib. 3.* Decian. *conſ. 84. à nu. 2. uſque ad 17. tom. 3.* Cephal. *conſ. 428. ſub num. 11. cum ſeqq. juncto nu. 35. verſ. non obſtat,* Cravet. *conſ. 878. ex num. 6.* optimè Peregrin. *de fideicom. art. 29. num. 41.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 480. ſub num. 68.* Rot. *deciſ. 216. à num. 1. ad 7. & deciſ. 269. num. 3. & 6. part. 5. &* concordant *deciſ. 272. ſub num. 10. & 11. part. 6. & deciſ. 349. ſub num. 16. part. 19. recent.*

Non obſtat, quod in materia odioſa, qualis reputatur onus fideicommiſſi, recedendum non ſit à proprietate verborum, & propriè loquendo, hæredum, nomen prædicari ſolum poſſit de Inſtitutis, ex juribus in contrariis deciſionibus cumulatis; quoniam ultrà quod nulla in hoc caſu verborum impropriatio ſit, dum eiuſdem nominis qualitas etiam de iure congruit omnibus per fideicommiſſum ſubſtitutis, cum ſemota ordinis differentia ſubſtitutio non ſit, niſi ſecunda inſtitutio, *l. hæred. appellatio, l. ſciendum, ff. de verbor. ſignific. §. reſtituta Inſtitut. de fideic. hæred.* Corn. *conſ. 279. num. 7. lib. 1.* Soccin *ſen. conſ. 257. num. 3. lib. 2.* Manſ. *conſult. 122. num. 43.* Argel. *de acquir. poſſ. quæſt. 7. num. 62. & ſeqq.* Thomat. *deciſ.* Maceraten. 198. *num. 3.* Rot. coram Coccin. *dec. 2141. nu. 22.* & coram Arguell. *deciſ. 54.*

deciſ.54. nu. 52. removetur ulteriùs objectum, nam quando etiam inſiſtendum ſit in proprietate verborum, in hac materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, etiam nepotes, & deſcendentes propriè veniunt appellatione hæredum, ut ſignanter reſpondit Pariſ. *d. conſ. 7. num.* 28. *lib.3.* quem ultrà præallegatos ſecuti ſunt Bero. *conſ.109. n.10. vol.2.* Riminald. *Jun. conſ.* 789. *ſub num.* 45. *cum duobus ſeqq.* Nec ulla favoris, aut odii ratio attendenda videtur, cum prò relatione inducti gravaminis ad ſubſtitutos ſufficeret in his terminis, quòd eis verba aliquo modo poſſent etiam per improprietatem adaptari, ut inquit Peregrin. *d. artic. 29. num. 41. poſt med.* & comprobat Rot. *deciſ. 174. num. 13. part. 4. recent. tom. 1.*

Minùs deſumi valet pretenſa reſtrictio ad primos hæredes ex cohærentia verbi, *Sopranominati*, quaſi percutiat dumtaxat individualitatem Perſonarum, quæ proprio no-
8 mine ſuprà expreſſæ ſunt, & oculis corporeis legis poſſunt, ad tradita per Redenaſc. *conſ. 87. n. 3. & 4. lib. 1.* Marcian. *conſ. 3. ſub n. 17. tom.2.* Surd. *de Alim. tit.9. q. 13. n. 33. & 34.* Grat. *diſcept. 104. ex n. 4.* Quia non attentis hujuſmodi, aliiſque contrariis Authoritatibus, tamquam in diverſo caſu loquentibus, placuit reſponſio, quòd dictio præfata, uti generica, ſub ſe complectitur plures nominatorum ſpecies, eorum ſcilicèt, qui vel nomine, proprio, vel appellativo,
9 ſeu collectivo deſignantur, juxta doctrinam Jaſon. *in l. Titius n. 13. ff. de Liber. & Poſthum.* quem laudat Menoch. *in conſ.124. n.90.* Fuſar. *de ſubſtitut. q.359. ſub n. 2. §. Scias autem, ubi concordantes*, Cumque ſuperiùs præceſſerit nominatio filiorum nomine proprio, aliorum que deſcendentium nomine appellativo, ſeu collectivo, nulla proindè eſt aſſignabilis ratio, cur magis ad unam quàm ad aliam nominatorum ſpeciem relatio facienda ſit, cum potiùs, ubi nomen generale ponitur, ad omnia appellativa extendi debeat, ut ad
10 literam diſponit *text. in cap. quia à Cauſa in fin. de privil. in 6.* Rot. *deciſ. 533. nu. 32. par. 14. rec.* & in his terminis Curt. Jun. *conſ. 553. nu.33.* Rot. *dec. 426. ſub nu. 4. verſ. in part. verò ſubſtitutionis part. 4. diverſ. & dec. 608. nu.6. & 7.* coram Bich.

In quam Sententiam procliviores convenerunt DD. rimatis aliis Teſtamenti partibus, ex quibus neceſſaria convincitur indiſtincta relatio ad ſubſtitutos; Teſtator enim ordinata Reciproca inter filios immediatos, eaque repetita inter ſingulos deſcendentes, iſtos ſpecificè nuncupavit hæredes uſque in infinitum, ibi--*Et il medemo s' intenda delli figlioli, e Deſcendenti dalli figlioli d' eſſo Teſtatore, & Eredi in infinito*--Nec diſſimili inſtitutionis titulo honoravit deindè ipſoſmet Tranſverſales, quamvis ultimo loco ſubſtitutos, ibi--*Nell' altra metà inſtituiſce Eredi in tal caſo il Sig. Ludovico, e Sig. Mario ſuoi Nipoti.* Quamobrem ſi tam ante, quàm poſt adiectam conditionem, de qua eſt quæſtio, pro hęredibus intellexit etiam ſubſtitutos, eos pariformiter pro talibus intellexiſſe dicendum eſt in ipſa conditione, quę juridicam interpretationem recipit à pręcedentibus, & ſubſequentibus, etiam improprio loquendi modo non conſide-
11 rato, argumento *text. in l. ſi ſervus plurium, ubi Gloſ. verb. conſuetudo ff. ad leg.* Caſtr. *in l. quo loco §. primo ff. de hared. inſtituen.* Mantic. *de conject. lib. 3. tit. 5. nu. 4. & tit. 9. num. 1.* Rot. coram Dunoz. *deciſ. 186. à num. 1. ad 4. & deciſ. 882. nu. 14. & 15.*

Stringit fortiùs Argumentatio, quia ſi gravati ſunt filii primi gradus Teſtatori cogniti, & magis dilecti, eò certiùs fatendum eſt gravatos eſſe Nepotes remotiores incognitos, & minùs dilectos, quando præſertim filii non ſunt gravati in ſpecie, ſed cum adjuncto, ſub quo poſſunt uni-
12 vocè comprehendi Nepotes, *l. Publius Mævius, 36. ff. de condit. & demonſtr.* Grat. *conſ. 5. n. 31. lib. 2.* Rot. coram Ludoviſ. *dec. 375. ſub n. 14. & dec. 385. ſub nu. 46. cum duobus ſeqq. part. 9. & deciſ. 307. nu. 10. & 12. par. 16. recent.*

Hinc planè diſſolvitur, vel ſaltem confunditur multiplex diſcretivæ locutionis conſideratio aliàs facta; nam ſi quæ ulla admitti debeat, ea præ cæteris ſpectanda eſt, quę deſumitur ex viſceribus memoratæ ſubſtitutionis, in qua Teſtator dividendo Hæreditatem inter fœminas, Deſcendentes, & Tranſverſales, iteratò nominavit filios, & ſemper addidit nomen *Eredi*, primo ſcilicet cum dictione--*Et*--ibi, *detti Figli, & Eredi ſopranominati*, deindè verò, illa omiſſa, cum præcipua reſtrictione ad inſtitutos, ibi, *ſe vi ſaranno figliole femine di eſſo Teſtator, & anco figliole femine di detti ſuoi figli Eredi inſtituiti, debbano ſuccedere nella metà, &c.* ita ſuam mentem explicando, quòd ubi ultrà Inſtitutos, alios quoque hæredes indicare voluit, eorum nomen ſubſtantivè poſuit, ſeù augmentativè juxtà legalem ſenſum
13 dictionis--*Et*--, ut benè ponderat Socc ſen. *conſ. 62. n.5. lib.3.* & comprobant Pariſ. Decian. & Sequaces. E converſo autem illud adjectivè, ſeù reſtrictivè poſuit, quando abſq; ulla verborum interjectione, immediatè ſuam diſpoſitionem retulit ad Inſtitutos. Qui diſcretivus loquendi modus in eademmet diſpoſitonis parte, de cujus interpretatione agitur, urgere plurimùm dicitur, & alteri de jure prævalet, *ad text. in l. unica C. de Caduc. tollen.* Rot. *dec. 516. ſub n. 4. & 5.* cor. 41
Bich. *& dec. 229. n. 7.* coram Card. Celſ. *& dec 345. num 13. par. 16. & dec. 304. n. 12. & 13. par. 19. rec.*

Atque ex his pari facilitate deſtruitur conjecturarum moles, undè etiam objecta reſtrictio deducebatur; non enim relevat ultima filiarum Teſtatoris vocatio unà cum Tranſverſalibus, quæ dicebatur impoſſibilis poſt adeò longam ſubſtituitonum ſeriem, ac repetito erga illas fideicommiſſo in omnibus deſcendentibus maſculis; ſiquidem hoc ipſum in mente revolvens providus Teſtator, eorum vocationem modificavit cum clauſula, *ſe ve ne ſaranno.*

Nec magis afficit, quòd relinquendo legitimam filiis Religionem profitentibus, ſic diſpoſuerit: *Et in caſo, che alcuni di dd. ſuoi figlioli, & Eredi inſtituti ſi faceſſero Religioſi, s' intendano iſtituiti nella legitima*, quia non negatur, quòd hìc locutus fuerit de filiis immediatis; ſed licèt iſti nominentur hæredes, & propriè dicatur legitimarii, non indè ſequitur, quòd tales quoque appellari non poſſent Nepo-
tes, quando maximè præcedentibus Patribus eorum obti- 11
nuiſſent gradum in Avita ſucceſſione etiam pro conſequenda Legitima, ut in ſpecie pro extenſione diſpoſitionis ad Nepotes reſpondit Mantic. *de conject. lib. 8. tit. 8. nu. 15. cum ibi allegatis.*

Tandem nullius eſt momenti, quòd ſimul cum filiis germanum fratrem prænominaſſet hæredem, quaſi propterea
habito ſolùm reſpectu ad illorum gravamen, ita ſuaderet 16
neceſſitas, quòd in ſubſequenti conditione eorumdem mentionem faciens, præter qualitatem filiationis, ſuperadderet quoque hæreditariam, ut contextualiter ad eos tantùm referret onus præordinati fideicommiſsi. Quoniam ex hoc ipſo, quòd nomen Hæredum agere dicitur numerum Perſonarum ultra filios primi gradus, inevitabilis eſt conſequentia, quòd idem nomen non ſtet adjectivè ac re-
ſtrictivè, ſed ſubſtantivè, & augmentativè, ut ſuprà di- 17
ctum fuit: Cumque pluralis numerus ad unum tantùm referri non valeat, irrefragabile eſt, quòd ultrà filios, & fratrem, etiam Nepotes gravati fuerint favore Collatera-
lium, juxta Theoricam Bartoli *communiter receptam in l. fin.* 18
num.2. ff. ad Trebell. Ceſal. *conſ.262. ſub nu. 11.* Fuſar. *conſ.24. ſub nu. 67. cum ſeqq.* Peregr. *de fideicom. art. 22 n.66.* Rot. coram Ludoviſ. *d.315. n. 10. cum duobus ſeqq.* Non ſubſiſtente reſponſione, quòd aliquando pluralis numerus verifi-
cetur in uno quia id non procedit, quando ab initio, ut 19
in hoc caſu, non poteſt in uno verificari, cum ex vi ſermonis contineat illos, qui non continerentur: ſecùs ſi progreſſu temporis ex accidenti reducatur ad unum, quia tunc pluralitas ſuggerent ęquitate benè reſolvitur in ſingularitates, ut quoquo modo impleri poſſit mens teſtatoris, Menoch. *conſ.215. ſub nu. 107. cum ſeq.* Mantic. *de conjectur. l.8. tit. 8. nu. 22.* & latè explicando materiam proſequitur Peregrin. *d. art.22. nu.66. in fin.*

Et ita relicto adhuc in ſuſpenſo tranſmiſſionis Articulo, etiam in contrariis Deciſionibus reſervato, pro dimidia hæreditatis parte, in qua Tranſverſales fuerant ſubſtituti, Immiſſionem, quam DD. denegarent, conceſſerunt, utraque parte pro quarta vice audita, & ſemper acerrimè informante, &c.

R. P. D. BENINCASA.

Maceraten. Fideicommiſſi.

Merc. 23. Martii 1689.

ARGUMENTUM.

Confirmatur præcedens deciſio.

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutio cum conditione, ſi ſine filiis protrahitur nedum ad primos, ſed etiam ad omnes deſcendentes, ut iſti favore extraneorum ultimò vocatorum gravati cenſeantur, ſi Teſtator cum verbis perpetuitatem præſeferentibus, & alienationis prohibitione, ipſi deſcendentes fuerunt per fideicommiſſum vocati.*

2 *Eadem Perſona contenta in parte diſpoſitiva cenſentur indefinitè repetita in conditionali.*

3 *Præſumitur Teſtatorem voluiſſe eò magis remotiores gravare, ſi magis dilectos gravaverit.*

4 *Si poſt nomen ſubſtantivum ſubſequatur verbum aliquod ſine diſtinctione intermedia, &, tunc illud potiùs ſtat adjectivè ſeu qualificativè.*

5 *Secus è contra.*

6 *Dictio & de ſui natura eſt ampliativa ac poni ſolita inter diverſa.*

7 *Rei ſemel demonſtrata nunquam ſuperaddita cenſetur demonſtratio ſuperflua.*

8 *Verba*, ſe ve ne ſaranno, *includunt tempus futurum, & ſucceſſivum.*

9 *Subſtitutio uno & eodem contextu cum alia continuativè facta, eſt juxta antecedentem regulanda.*

10 *Legitima relinqui non ſolet niſi filiis primi gradus.*

11 *Legitima debetur etiam nepotibus & ulterioris gradus deſcendentibus, ſi ob præmorientiam Parentum iſti occupent eorum gradum.*

12 *In ultimis voluntatibus illatio à diſcretivis eſt præpotentis efficacia.*

13 *Ad interpretandam Teſtatoris voluntatem ipſa diſpoſitionis pars, ſuper qua diſceptatur, præcipuè eſt ſpectanda.*

14 *Demonſtratio plerumque vice nominis fungitur.*

15 *Ad fictionem recurri non debet, ubi poteſt locum habere veritas.*

16 *Vocati nomine appellativo, verè & propriè includuntur ſub verbis* ſopra nominati.

17 *Qualitas nominationis ſi ſit adjecta verbo indefinito æquè etiam adaptabilis eſt appellativo nomine deſignatis, declara ut num. 18.*

19 *Gravamen in dubio præſumitur hæreditarium ac nomine appellativo factum, ut indiſtinctè comprehendat omnes venientes ex Judicio Teſtatoris.*

DECISIO LXX.

POſt iteratas hujus cauſæ propoſitiones non ſine votorum ſciſſura, & omnibus DD. ſuffragantibus, deciſum fuit coram me ſub die 10. Martii præteriti, & nova hodiè reſolutione comprobatum eſt, quòd filii non ſolùm per gradus à Teſtatore hæredes inſtituti, verùm, & nepotes, cæterique deſcendentes ab eo ſubſtituti gravati fuerint per fideicommiſſum reſtituere bona de quibus agitur, Hieronymæ Ridolphinæ, uti cauſam habenti ab ultimo Maſculo de agnatione ad ſucceſſionem vocato. Cujus geminæ reſolutionis ratio fundamenti duplex fuit.

Altera nempè, quòd ubi in ſubſtitutionibus antecedentibus vocati ſunt per ſtrictiſſimum fideicommiſſum ſinguli deſcendentes ab inſtitutis cum verbis *perpetuitatem* præſeferentibus, cum prohibitione alienandi, & cum enixo voto conſervandi agnationem, ſubſequens diſpoſitionis pars conditionalis ea ſub indefinita relatione concepta *Et in caſo, che dd. ſuoi figlioli, & eredi ſopra nominati moriſſero ſenza figli*, regularem hanc interpretationem recipiat, ut omnes deſcendentes ad ſucceſſionem præcedenter invitati, gravati etiam intelligantur favore tranſverſalium poſtremò vocatorum, licèt non unica verborum ſtructura, ſed pluribus diſtinctis gradibus inter ſe legantur ſubſtituti, ut præter al-
1 legatos *in prædicta hujus cauſa deciſ. §. Quod autem*, tradunt Cenſal. ad Peregr. *de fideicom. art. 29. verſ. limitatur primò circa fin.* Capic. Latr. *dec.108. n.75.* Rot, *dec.269. n.6. & 7. & per tot. par. 5. dec.248 & n.8. part.5. dec.135. n.3. & ſeqq. par.8. dec.385 ſub nu. 9. cum ſeqq par.9. & coram Eminent. Otthob. dec. 113. à nu.4.* & coram Priolo *dec.344. n. 15.*

Alia verò fuit ratio, quòd multùm implicat in ſenſu legali, & benè ordinatæ diſpoſitionis, poſt multiplices gradus deſcenſivi reciproci fideicommiſſi erga omnes uſque in infinitum explicati, Teſtatorem deinde interrogare voluiſſe, ſeù reſtringere conditionem ſubannexam ad filios inſtitutos, quando non ſolùm urget regula in contrarium,
2 quòd nimirùm eædem perſonæ contentæ in parte diſpoſitiva, cenſeantur indefinitè repetitæ in conditionali, ubi verba apta ſunt eas in utraque comprehendere, ad Text. *in l. qui filiabus ff. de legat. 1.* Ciriac. *controv.96. ex n.43.* Rot coram Ludoviſ *dec.315. ex n.10. & dec.269. ſub n.4. part.5. & dec.409. nu. 9. & 10. part.9. recent.* ſed etiam potiſſima ſtringit conſideratio, quòd ſi gravaret Teſtator perſonas exiſtentes in potiori gradu, & magis diſcretas, fortiùs gravaſſe fatendum eſt exiſtentes in remotiori, & in affectione propoſitas, ut arguit Laderch. *dec.13. num.14.* Surd. *conſil.344. num.17.* Rot. *dec.*
3 *385. ſub num. 46. cum ſeqq. part. 9 recent.* & coram Eminentiſſ. Ottoh. *dec.113. num.13. & in dec. qua revidetur §. minus, & §. ſtringit.*

Quibus iterùm pro reſolutis fundamentis approbatis, de facili ſublatum eſt repetitum objectum, quòd verbum *Eredi* ſuperadditum fuerit in conditione per modum adjectivi ad denotandam ſimplicem qualitatem hæreditariam filiorum primi gradus, non verò per modum ſubſtantivi, ut includeret diverſos deſcendentes à primò expreſſis. Quoniam ad dignoſcendum, utrum verba ſtent adjectivè, vel ſubſtan-
tivè, recepta eſt communis diſtinctio, quod aut poſt no- 4
men ſubſtantivum ſubſequitur verbum aliquod ſine diſtinctione, &, intermedia; & nemo dubitat, ubi præcipuè agatur de contractibus, quorum ſtricta fieri ſolet interpretatio, quod ſtet potiùs adjectivè, ſeu qualificativè, ut præ
cæteris benè explicat Rot. dec. in contrarium allegata co- 5
ram Coccino *la 2283. ſub nu.42. cum ſeqq.* Aut dictio præfata legitur inter utrumque inſerta, & verius eſt, maximè in ultimis voluntatibus, quod verbum ſubſequens cenſeatur appoſitum augmentativè, ſeu loco ſubſtantivi, ut in ſimili themate, & caſu, quo omnes dicti ejus filii, & hæredes inſtituti ſupra decedentes &c. punctualiter reſpondet Decian. *n.11. lib.3.* Pariſ. *conſ.7. n.29. & lib. 3.* Rot. coram Dunoz. Jun. *dec.748. n.4. & melius*, coram Eminentiſſimo Cerro *deciſ. 444. nu.2. cum duabus ſeqq.* ea quidem valida recurrente ratione in hoc caſu, quod filii primi gradus ſatis erant demonſtrati per illa verba *Detti figli*; unde alia ſubſequentia, *Et*
eredi ſopra nominati, cùm dictione, &, de ſui natura am- 6
pliativa, ac poni ſolita inter diverſa, ſolùm intelligi debent de nepotibus, & ulterioris gradus deſcendentibus, ne
rei ſemel demonſtratę ſuperaddatur demonſtratio ſuperflua 7
contra regulam, de qua Text. *in l. ſi quando ff. de legat primo*, & latè proſequitur Decian. *loco citato*, Peregr. *conſ.149. nu. 8. lib.5* Rot. *d.269. num.9. verſ. & quidem part. 5. recent.* & coram Eminentiſſimo Cerro *d.409. n.23. & ſeqq* Atque hinc pro vindicanda libertate controverſorum bonorum inutile fuit denuò confugere ad conjecturas, quæ deteguntur equivocæ, & inſubſiſtentes. Quod enim Teſtator poſt appoſitam conditionem obitus filiorum, & hæredum, ſubſtituerit pro æquis partibus in hæreditate ejus filias fœminas, & nominibus propriis Ludovicum, & Marium ex fratre nepotes; non ſatis probat eamdem conditionem coarctare voluiſſe ad primos hæredes, quia licèt conſiderando caſum hujuſmodi vocationis contingibilem in vita ſubſtitutorum, reſpexiſſe non videatur ad remotiſſimos hæredes, qui uſque in infinitum illis reſtituerent fideicommiſſum; attamen hoc advertens præcedentes Teſtator, vocationem filiorum deſignavit per verba, *ſe ve ne ſaranno*, quæ tanquam includentia tempus futurum, & ſucceſſivum, ſicuti quoad illas omnem
removent implicantiam latitudinis conditionis anteceden- 8
tis, Surd, *conſil. 110. numer.9. & 10.* Manz. *conſult.66. ſub num.*
12. Rot *deciſ. 43. num.4. part. 14. recent.* ſic reſpectu perſona- 9
lis ſubſtitutionis nepotum, quæ uno, & eodem contextu continuativè ad primos ordinata fuit, Surd. eodem *conſ. 110. num.14. & 15.* Rot. *deciſ.42. num.4. part. 5. & deciſ. 81. num. 11. par. 16. rec.*

Ejuſdem irrelevantiæ eſt objecta proviſio erga filios religionem profitentes, qui pariter cum termino *figli, & eredi* nominati ſunt, relicta eis tantum legitima, quæ relinqui
non ſolet niſi filiis primi gradus. Quoniam, prout aliàs reſ- 10
ponſum fuit, argumentum huiuſmodi non concludit, cum legitima debeatur & Nepotibus, & ulterioris gradus deſcendentibus, quamvis ob præmorientiam deſcendentium occupaſſent eorumdem gradum in avita ſucceſſione, ut ſunt
Jura expreſſa *in §. primo auth. de hæred. ab inteſt. defect.* Quini- 11
mo conjectura iſta retorquetur, tum quia verbo *Eredi* ſuperaddidit in hoc caſum adiectivum *Inſtituti*, quod ſignum evidens eſt, quod ubi loqui voluit de filiis contradiſtinctè è deſcendentibus, appoſuit qualitatem magis expreſſivam, & proportionabilem primo Inſtituti, & propter eam, quando illam omiſit, ſequitur habuiſſe voluntatem contrariam iuxta notum principium, quod in ultimis voluntatibus illatio à diſcretivis eſt præpotentis efficaciæ Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.1. tit.14. n.10.* Mart. *de ſucceſſ. part.4. qu.31. art.2. ſub nu.18.* Rot. *dec.188. num 27. part.17. & dec.938. num.8. part.18. rec.*

Nec diſſimili reſponſione ſubmovetur alia, quod in nonnullis Teſtamenti partibus ſæpè d. verbum *Eredi* primos tamen complectatur; ſiquidem id ultro admittitur, ſed non exinde argui poteſt, quod ita ſemper, & abſolutè ſignificatio illius reſtricta fuerit ad inſtitutos, tum quia promiſcuè aliquando uſus eſt verbo *deſcendentium*, & *hæredum*, ut ſignanter deſumitur ex reciproca ſubſtitutione renovata ſub eodem nomine in ſingulis deſcendentibus uſque in infinitum, *Ed il medeſimo s' intenda delli figlioli, e deſcendenti delli figlioli d'eſſo Teſtatore, & Eredi in infinito*; tum fortius quia in hac ipſa diſpoſitis parte, de qua diſceptatur, & quæ præ-